tam. quia non admittit ab ecclesia. Sic igitur si nulla fides infusa esset in me crederem firmiter hystoriarum librorum canonis propter auctoritatem ecclesie. sicut fide acquisita credo alios hystoriarum a quibusdam famosus viris scriptis et narratis. credo igitur fide acquisita euangelio. quia ecclesia tenet scriptores veraces. quod ego audiens acquirero mihi habitum credendi dictis illorum. Preterea si unus puer ita deus nunquam baptizatus nutriretur inter nos et disciplinaretur more nostro: habitus acquisito ex auditu crederet et adhereret omnibus quibus et nos. sicut etiam ego fide acquisita ex auditu parentum et aliorum credo multa tempora transisse. mundum etiam non incepisse mecum. credo etiam Romam esse quam non vidi ex relatu fide dignorum. Sic et reuelatis inscripta per fidem acquisita ex auditu firmiter adhero credo ecclesie approbanti veritatem auctoritatis illorum. Preterea hic est aliquis baptizatus credens omnes articulos postea errat circa unum tantum. scilicet trinitatem personarum et unitatem essentie. tamen sentit se firmiter adherere omnibus aliis credibilibus: non enim oportet errantem circa unum articulum errare circa omnes. quia hereses non sunt necessario connexae. ille igitur sine fide infusa credit alios articulos: quia fides infusa corrumpitur cum heresis generatur alio starent simul fides et heresis. igitur fide acquisita credit alios articulos: que scilicet fuit cum infusa precedente si aliqua talis fuit. non enim in illo instanti in quo corrumpitur fides infusa per heresim: generatur per fides acquisita. Nam ille error non disponit ad fidem per tunc immo est indispositio ut per tunc non generet. igitur presuit ante illum errorem et sic certum est esse in nobis fides acquisita. Preterea ad Ro. x. quos credent quem non audierunt: quomodo audient sine predicatore quos predicabat nisi mittant. igitur secundum Apostolum. fides est ex auditu. auditus autem est ex predicatore. predicare autem nullus potest nisi mittat. igitur de primo

ad vltimum nō potest homo credere nisi
si audiat aliquē predicantē sibi credibilia.
hoc argumentū nō valet nisi loqueretur
de fide acquisita. quia hec fides generatur
in homine ex hoc quod audit verba
predicantis adhibendo fidē dictis suis. quod
nō oportet quolibet talem esse bonū moraliter
per charitatē infusam. sed potest esse
in peccato mortali et audiendo predicantē
et vidēdo mirabilia fieri credit ei. et hoc
quod dicitur sibi naturaliter ratio quod deus
nō assinit falsitati alicuius: operando
mirabilia ad falsa alicuius predicata
vel dicta. igitur fides illa precedit charitatem.
et per consequens est acquisita. quia infusa
non infunditur nisi cum charitate. **Ex** istis sequitur correlarium
quod propter credulitatem articulorum reuelatorum.
ut homo firmiter credat omnibus articulis
reuelatis et determinet ad alteram partem
sine oppositi formidine: nō oportet ponere
fidem infusam. nec necessitas eius potest
ex hoc concludi. quia fides acquisita est
super operi. que adheret vni parti contradictionis
cum formidine alterius. licet sit infra scientiam
que est ex euidencia obiecti scibilis. quare enim
nō quia scio ipsum precessisse me. quia preteritum
nō est scientia secundum Augustinum. nec opinor
mundū precessisse me. sed adhero firmiter
huic mundū precessisse per fidem acquisitam
ex auditu aliorum quorum veritati credo
firmiter. nec dubito mundū precessisse me.
et partes mundi quas non vidi. quia nō dubito
de veracitate narrantium mihi talia et asserentium
vera esse. Ideo sicut nec hesito de veracitate eorum
que est quasi conclusio sequens eodem modo.
quod homo nō dubitat de veracitate dei.
quod hoc cuiuslibet naturaliter inferit. scilicet deū esse veracem. nec dubitat
de approbatione ecclesie que approbat dicta
et scripta virorum precedentium: ideo non dubitat
de his que in scriptura reuelantur

sed fide acquisita ex auditu firmiter eis
adheret. hoc igitur tenendum est tanquam certum
quod reuelatorum in scriptura est in nobis fides
acquisita qua eis firmiter adheremus. **2^o**
de fide infusa quō sit ponenda in nobis.
potest dici quod fides infusa similis est
in aliquo fidei acquiretore imo in multis.
Nam sicut fides acquisita assentit vel credit
dicto alicuius: quod credit veracitati asserentis
illud esse verum. sic fides infusa assentit
alicui reuelato. quod credit deo vel veracitati
dei asserentis illud. et quia quod deus asserit
supernaturaliter reuelat. ideo fides assentit
tali reuelato: quod assentit veracitati reuelantis
est habitus supernaturalis reuelat autem credibilia
quādo infundit habitū. et hoc modo dicendo fides
nō habet certitudinem ex obiecto: sed ex veracitate
testis. scilicet dei. et hoc modo facile est videre
quod fides est cum enigmatibus et obscuritate.
quia habet fidem nō credit articulum esse verum
ex euidencia obiecti. sed propter hoc quod assentit
veracitati infundentis habitū et in hoc reuelantis
credibilia. Similiter hoc modo teneri potest
quod sit vna fides omnium credibilium.
quia nō respicit credibilia sed proprijs rationibus
illoz. sed ut reuelata sunt a deo. et credit
omnia reuelata ab ipso tanquam vera
eē eodem habitu quod credit reuelantē
esse veracem. Si enim habeo habitum
quo credo te esse veracem per eundem
habitum credo his que asseris esse vera.
quod tunc illa sunt diuersarum rationum.
quod illis nō assentio nisi per accidens.
per hoc scilicet quod assentio veracitati tue. et ita
assentio illis ut sunt a te asserita. Ita hic.
nam credibilibus reuelatis a deo assentio.
quod assentio veracitati dei. et sic fides respicit
omnia credibilia ut reuelata a deo. non
autem sub proprijs rationibus. et ideo vna fides
posset eē de omnibus credibilibus quibus
geometricalia et physica et quod tunc omnia
diuersa et alterius rationis introducerentur
hic tanquam credibilia. in omnibus enim esset
vna ratio credendi illa esse vera. quia reuelata
sunt a deo. Contra. si fides infusa re

spicere primam veritatem ut reuelantez articulos et causante assensum credibilibus. et non sit aliud de quo est fides ut de obiecto sequitur quod nunquam aliquis fidelis assentiet huic: deus est trinus et vnus. quia si te non assentio illi nisi quia est reuelatum a prima veritate. Quero igitur a te quomodo assentio huic. scilicet hoc esse reuelatum a deo: si dicas quod reuelatum est a deo deus esse trinum et vnum esse reuelatum a deo. adhuc gratia quomodo assentio huic secunde. et sic in infinitum. et per consequens nunquam aliquid firmiter credam de articulis fidelis. sicut si scientia conclusionis resolveret in principia et illa principia in alia et sic in infinitum: nunquam sciret aliquid. sicut nec aliquid esse potest. quod dependet essentialiter ex causis in finitis. Si dicas quod huic. scilicet deum esse trinum et vnum esse reuelatum a deo assentio ex fide acquisita. **C**ontra. igitur tunc fides infusa a deo dependet in esse et in faciendo ad herere alicui articulo a fide acquisita sic a principio. quia non potes dicere quod per scientiam eius adhereream. quia deus est trinus et vnus esse reuelatum a deo non est evidens ex terminis plus quam ista: deus est trinus et vnus. **P**reterea. formalis ratio obiecti habitus realis non est ratio vel ens rationis. sed esse reuelatum deum esse trinum et vnum non dicit ultra deus trinum et vnum nisi respectu rationis. quod est cognitum non dicit nisi respectum rationis ultra rem que cognoscitur igitur si assentio deo trino quia reuelatum: formalis ratio obiecti cui assentio per habitum realem est ens rationis. quod est incommuniens. cum habitus realis habeat obiectum formale reale sicut potentia realis obiectum formale reale. igitur reuelari passive cuius sit res rationis non potest esse formalis ratio tendendi in hoc deus est trinus et vnus. **P**reterea. in primo cuius articuli sunt reuelati sufficit fides acquisita ut firmiter credat eis. sicut in Paulo igitur in alijs posterioribus sufficit fides acquisita ut firmiter credant talia credenda. consequentia probatur. quia secundum Augustinum

super illud psalmi. Suscipiant modo. p. p. et c. iusticia. inferiores illuminant per superiores et non magis illuminant quam superiores illuminantes ipsos. probatio antecedentis. Ex puris naturalibus includendo habitum acquisitum potest aliquis assentire omnibus assertis et reuelatis ab aliquo. quia ex puris naturalibus assentire potest illum esse veracem qui talia assertit et reuelat. sed ex puris naturalibus credit homo et assentit quod deus est verax magis quam homines et hoc scire et assentire potuit Paulus. igitur fide acquisita ex puris naturalibus potest assentire omnibus reuelatis a deo et per consequens quilibet alius. igitur propter fidem acquisitam non requiritur necessarium propter assentire aliqua alia fides. **P**reterea quod sufficiat fides acquisita cum alijs naturalibus probatur. quibus enim aliqua scientia propter sui difficultatem ut Geometria vel alia: non possit sciri ab isto homine. propria inuentio et in suo lumine naturali. tamen postquam est inuenta et ordinate tradita potest homo scire ex puris naturalibus naturaliter acquirere et scire eam. igitur eodem modo quibus nemo naturali lumine intellectus possit propria inquisitione venire ad noticiam huius. deus est trinus et vnus. tamen postquam est reuelatum alicui: potest alius et ille cui reuelatum est etiam firmiter assentire illi et adherere fide acquisita. **P**reterea. fides infusa si ponit est certior quam acquisita. alio frustra poneret. sed quod sit minus certa: probatur quia conclusio est minus certa quam principium. ex quo tota certitudo eius est a caritudine principii. sed huic. deum esse trinum et vnum. assentio fide infusa. si ponitur. quia hoc reuelatum est a deo. sed hoc esse reuelatum credo. quia Johannes vel alius apostolus dixit hoc sibi esse reuelatum. sed si audissem eum asserentez hoc sibi esse reuelatum credidissem sibi fide acquisita: credendo. scilicet ipsum esse veracem et nihil falsum velle asserere. igitur et modo credo fide acquisita ex auditu scripturarum

vel lectione: esse reuelatur apostolo. deū eē trīnū ⁊ vnū. igitur tota firmitas quā ponis hoc modo in fide infusa: est a fide acquisita. ergo nō videtur ponenda fides infusa modo supra posito.

Aliter potest poni

fides infusa in nobis. sic credibilia pnt accipi ⁊ cognosci a nobis naturalit̄ in quolibet genere credibiliū in cōceptibus generabilib⁹ entis ⁊ veri ⁊ sic de alijs. possumus enim hanc. deus est trinus ⁊ vn⁹ cognoscere in terminis suis generalit̄ cognoscendo deum sub cōceptu generalit̄. ⁊ sicut trīnū. ⁊ sic de alijs terminis. sed hāc: deus est trinus ⁊ vnus in psonis ⁊ vnus in essentia. nunq̄ cognoscimus euidenter nec est nobis euidenter ex terminis: nisi termini eius apprehendant a nobis in particulari sub proprijs rōnibus. licet igitur isti termini apprehendant in vniuersali a nobis. vt tamē sic apprehensi nō sunt termini ppositiōnis immediate simplr̄ p̄me sed mediate. Ideo he ppositiōnes: deus est trinus ⁊ vnus. filius dei ē incarnatus ⁊ hī. ppter oēm cognitionē quā naturalit̄ possumus habere ex terminis illarū in vniuersali: adhuc remanēt nobis neutre. ita q̄ nō possumus naturalit̄ scire eas esse veras nec falsas. sed si possemus concipere terminos in particulari. p̄mo mouerēt intellectū ad simplices apprehensionē sui sub proprijs rōnibus eoꝝ. 2.º ad compositionē terminoꝝ i ppositiōne imediata vera. cum igit de facto hic in via nō moueāt intellectū nostrum. sic in particulari ⁊ sub proprijs rōnibus. per q̄ nō habemus assensū eis tanq̄ ppositiōnis imediatas ex euidentia terminoꝝ: quē tamē assensū nati essent termini apprehensi causare in intellectu sed habemus vnū assensū aliū imperfectum respectu illius ⁊ inclusū in illo sic imperfectū in perfecto. et ideo ille assensus imperfectoꝝ potest causari in nobis per aliquid supplens causalitatē termi-

noꝝ imperfecte cognitorū. sicut ex frequentia actū cognoscēdi terminos illos cognitione imperfecta: causaret in nobis habitus causans assensū ppositiōnis complexis ex illis terminis sic imperfecte cognitis. sed quia nihil mouet intellectū nostrū naturalit̄ ad casandū assensū intellectus istis credibilibus: ideo deus supplet vicem obiecti. vt sicut ex frequentia actū cognitiōnis imperfecte terminorum in articulis generat in nobis assensus imperfectus credibilibus: si tamē termini mouerēt imperfecte ad h⁹ assensū causandū. sic deus infundit nobis habitum fidei inclinante intellectū nostrum in assensum articuloꝝ. ita q̄ fides respiciat ip̄m deū de quo formant articuli q̄bus sicut obiectis secundarijs assentimus per habitū. sed ille assensus nō est ex euidētia terminoꝝ. quia omnia credibilia vel sūt necessaria simplr̄. sicut deū eē trīnū ⁊ vnū. ⁊ omnia alia que respiciūt deū intrinsece. vel sunt contingētia: vt illa q̄ respiciunt extrinsece. cuiusmodi est incarnatio filij. resurrectio mortuorū: ⁊ hī. que dependēt a voluntate diuina. que contingēt ordinariū illa ab eterno: q̄uis sint necessaria ex p̄suppositiōne diuine voluntatis. s. si ordinariū ea fieri. et tunc necessitas illoꝝ est conditōnata. et taliū credibiliū siue necessarioꝝ simplr̄ siue contingētiū. necessitas vel contingētia. vel ip̄amet credibilia nō sunt nobis nota intuitiue. sicut nata essent videri. Ideo assensus quē causat in nobis fides infusa a deo nō est ita perfect⁹ sicut erit quādo videbimus eū sicut est. s. deū sed est imperfectus. Et iste modus ponēdi fides infusā nō innitit̄ alteri sicut p̄cedens modus. s. q̄ ideo assentio huic: deus est trinus ⁊ vnus. quia prius assentio deo reuelanti hanc veritatē. ⁊ sic respicit deū vt causante assensū. nō aut vt obiectū habitus. sed fides respicit deū sicut primū obiectū. de quo sicut de obiecto primo continēt hī veritates for-

manus h^o veritates complexas. deus est trinus et vnus. nec credo hoc esse verum quia prius credo hoc esse reuelatum a deo. sed ille habitus immediate inclinatur in articulos fidei: sicut si ex articulis cognitis immediate acquireret eo modo quod quod ad hoc quo scientia inclinatur intellectum in cognoscibilia. nec cognoscibilia sunt presentia in habitu. ita quod representet ea. sed sunt presentia per species. et tamen si obiectum non esset prius per species adhuc staret habitus. si cut si species possent esse delecte stante scientia adhuc scientia magis inclinaret in illa obiecta que fuerunt sibi aliquando presentia in speciebus quod in alia. et sicut si essent presentia: hoc facilius intelligeret et concluderet conclusiones ex eis quod ex alijs obiectis quod nunquam habuit habitus. sed hec credibilia licet non sint presentia per species infusa. ita quod representet obiecta. sicut nec alijs habitus facit. sed aliunde: puta per auditum vel lectionem. inclinatur tamen fides infusa in credibilia primo sicut in sua obiecta: ita quod fides respiciat primam veritatem ut de qua est sicut de obiecto primo. et tunc diffusilis est fides ista ab acquisita. quod ratio tendendi in aliquod creditum fide acquisita est veritas testis asserentis illud esse verum hoc non sic. sed de istis credibilibus. scilicet articulis respicientibus primam veritatem in qua sunt omnes veritates habet sicut obiectum primum. non sicut illud a quo sunt causati habet veritates reuelate secundum primam viam. quibus articuli non sunt presentes ut obiecta nisi quod prius reuelati. tamen intellectus non tendit in eos. quod primo credit ea reuelata. id est non respicit per se mali obiecto in eis reuelari. sed ipsos articulos in se. adhuc tamen est obscura. quod licet firmiter inclinatur intellectum in talia ut obiecta. tamen non facit ea presentia ex euidencia rei nec aliquid aliud facit ea sic euidencia vel presentia. tamen habitus fidei inclinatur in veritatem secundum quod inclinat firmiter intellectum in talia obiecta.

Contra. quia sic dicendo sequitur quod fides sit potentia et non

habitus. quia illud est potentia quo simpliciter possumus in actu. habitus est quod sic vel sic possumus. scilicet facilius et expedite vel intensius. sed fides secundum hanc viam est simpliciter potentia. quia nullo modo possumus sentire huic. deus est trinus et vnus: nisi per fidem. igitur fides est potentia et non habitus. **P**reterea. tunc sequitur quod actus fidei acquisite et infuse sint alterius rationis quod habent principia alterius rationis. nam actus fidei acquisite dependet ab intellectu et veracitate asserentis aliquid credibile. sed actus fidei infuse ab intellectu et fide infusa. igitur ex quo principia saltem partialia sunt alterius rationis: sequitur quod actus sint alterius rationis. **S**ed hoc forte procedit. quod non est inconueniens multis sicut de actibus intelligendi respectu obiectorum formaliter distinctorum. **S**ed ad argumentum procedens potest dici quod fides non est potentia. quia potentia se tenet a parte anime. si des a parte obiecti ut partialis causa respectu actus. id est non est potentia anime sed causat assensum rotum ut tenet vicem obiecti. **C**ontra. et est ad principale. Si totus assensus sit ex habitu fidei. tunc habitus omnibus quod concurrunt ad actum credendi in esse primo sequitur necessario actus credendi. sed posito aliquo nunc baptizato cui occurrat fantasmata terminorum illorum simplicium. scilicet mortis et resurrectionis: cum potentia tunc sit habituata habitu necessario inclinante et obiectum sit prius in fantasmate sequitur necessario actus. scilicet quod talis assentiret huic complexo mortui resurgat. quod falsum est. nunquam enim omnibus istis positus potest assentiret quod ante nisi prius edoceret de illo articulo quod esset credendus. igitur videtur quod sufficiat fides acquisita ex auditu. nec aliquid experiri alia in tali assensu. **P**reterea si fides infusa habeat tale assensum per modum nature inclinans potentiam in actum cum termini articuloz possint apprehendi ante omnem actum voluntatis. sequitur quod homo firmiter assentiret credendis ante omnem actum voluntatis. quod negat Augustinus. super Iobem

omel. 26. Cetera iquit pot homo noles credere aut no nisi volens sequit etiam q sine fide acquisita quia habitus pfectus no eget alio per quod no presentat eius obiectum. Preterea si fides infusa ponitur prebere talem assensum: cum ipsa non sint credibilia presentia: oportet ponere aliam fidem vel habitum in quo illa credibilia contineantur neutra et presentia intellectui et aliam fidez per quam fieret assensus in talia credibilia: cum termini eorum et complexio sit neutra. et sic quilibet perfecte credens vt theologus haberet in se duos habitus intellectuales: vt per vnuz credibilia esset sibi presentia vt neutra: et p aliu assentiret.

Ad questionem ta

men dico q oportet ponere fidem infusam ppter auctoritatem scripture. et sanctorum. sed no pot demonstrari fidem infusam inesse alicui nisi presupposita fide q velit credere scripture et sanctis. s; infideli nunq ostenderetur. sed sicut credo deuz esse trinuz et vnum: ita credo me habere fidem infusam q hoc credo. et hoc a deo vt pfiat aiaz in actu pmo. q; dei est perfecte pficere qn perficit. Un sic qn sanat aliquem fm corpus perfecte sanat p statu in quo est. ita etiam fm animā. et quia in aia est imago dei fm tres potētia q deformatē erant per peccatū: ideo xps reformādo sicut perficit voluntatē per charitatem: sic intellectum p fidem qnis volūta possit diligere deum clare visum ex parte obiecti. eodem mō sine charitate et cum charitate. ideo non solum ppter actum pmi dat charitatem sed ppter 2m: vt sit pfectior et intensior actus diligendi ex potentia et charitate q ex potentia tm. sicut p 3li p o. 17. et similis de fide suo mō. quia sicut charitas facit 2m actū pfectiorem: sic fides. sed charitas vltra hoc facit acceptū actum suum et actum cuiuslibet alterius potētie. Unde sicut dictum fuit ibi si fieret

yna voluntas perfectissima et non haberet caritatem. tanto plus deficeret a propria perfectione in actu 2o quem posset habere fm proportionem geometricā: propter carentiam caritatis proportionate potentie quantum excederet aliaz voluntatem inferiorē in perfectione pma. perficit igitur has potentias p habitus supernaturalibus quodā in eē supernaturaliter nate sunt etiam perfici naturaliter habitibus supernaturalibus. nec pono habitum fidei infuse solum ppter gradū in actu. s; etiā ppter assensū. quia assensus non ē totaliter a voluntate. Aliqui. n. sūt qui vellent magis assentire et tamē min⁹ assentiūt. Et ideo petebant apli. Domine adauge nobis fidē. et in quadam collecta petis augmentū eius. Oportens. s. de da nobis fidei spei et charitatis augmentum. Istud no oporteret petere si totus assensus eēt a voluntate. nec fides excludit oēm dubitationem. s; dubitationem vincētē et trahentem in oppositū credibilia. Quare requirat fides infusa: non solum ppter intensionem actus: s; etiā ppter assensum et certitudinem. patet q; hoc no pot esse a fide acquisita s. firmus assensus quia fide acquisita nullus credit alicui nisi quē scit posse falli et fallere s; credit ipsum no velle fallere. Sed nemo pot perfecte assentire dictis eius que nouit posse falli et fallere i his que dicit. cuiusmodi est quilibet homo cui et non alij assentit p fidem acquisitā ppter veracitatem illius. ex quo igitur ita est oportet ponere fidē infusam ppter firmū assensum vt respiciat deuz p obiecto p de quo sicut de obiecto formantur alie veritates q continent in articulis mediatus vel immediatus fm q ipsum sic vel sic respiciūt. Contra hoc vltimū sic. aut intelligis q per fidem infusam assentit deo firmiter ita q si possit no assentire vel dubitare de eo cui assentit. aut q assentit inallibiter idest i deceptibilis. ita q non decipit in suo as-

sensu. Si primo modo. sic etiam est de fide acquisita. quia stare fide acquisita et dum homo assentit per eam alicui obiecto non potest dubitare vel non assentire. aliter de eodem obiecto et sub eadem ratione esset fides siue adhesio et dubitatio. et ita opposita. quod est falsum. igitur propter firmam adhesionem non oportet ponere fidem infusam. Si 2o modo. id est quod indeceptibiliter adheret et non fallitur adherendo per fidem infusam. potest autem falli per adhesionem fidei acquisite. Contra. decipi et non decipi non est a parte habitus nec a parte assensus quem facit: sed a parte obiecti secundum quod obiectum cui assentit vere vel false presentatur habitui inclinanti. sed in proposito uterque habitus inclinatur naturaliter: et per modum nature prebet assensum. sed error in assensu est a parte obiecti sic vel sic occurreret. sicut habitus principiorum inclinatur a parte sui naturaliter in verum. et si sit deceptio: hoc est ex obiectis falso occurrentibus et presentatis intellectui. ideo non est certior quantum ad non decipi fides infusa quam acquisita. **Dico tunc quod fides infusa est propter actum primum. et propter perfectiorem gradum actus secundi. quem gradum non posset habere intellectus cum fide acquisita solum. et si propter aliquam certitudinem maiorem velletis dicere. soluta argumentum factum quod non.**

Sed quid dices de

fide infusa quod non possit demonstrari in eodem Aug. 13. de trinitate. c. i. dicat. quod homo fidem suam tenet firmissima scientia et certissima eamque in se videt. quia rerum absentium fides est presens. et rerum que foris sunt intus est fides. et rerum que non videntur videtur fides. **Respondeo quod accipiendo fidem. putat dicit habitum generatum inclinante ad aliquid non evidens ex se tanquam in verum. et hoc determinate ut assentit illi tanquam vero. sic potest aliquis scire se habere fidem generaliter loquendo de fide sicut potest scire se habere scientiam argu-**

endo habitum esse in se ex ipsis actibus. sed quod aliquis sciat vel scire possit se habere fidem certam determinate inclinante in verum. ita quod sciat fidem esse veram. et illud in quod inclinatur esse verum. ita quod facit assentire vero. et non solum inclinatur in aliquid tanquam verum secundum primum modum. sic nullus scire potest in hac vita nisi revelet sibi. probatio huius. quia non possit scire me assentire vero nisi prius sciam esse verum illud cui assentio. scire aliquem articulum esse verum impossibile est pro statu isto de lege communi. Ideo sicut credo deum esse trinum et unum: et non scio nec scire possit illud pro statu isto. sic credo me habere fidem infusam inclinante in illud sicut in verum quod est in se verum. **Ad argumentum dico quod Aug. loquitur de scientia non qua fides scit actum 2o sed actu primo. quia fides in anima sicut et omnia que sunt in anima et ipsa anima sunt presentia in memoria: ita quod de illis si respectu eorum posset exire in actum habet certam scientiam. sed pro statu isto non potest habere actum 2o de fide 2o dicto supra propter rationem tactam. ideo credo me habere fidem qua assentio vero in se. sicut credo verum esse illud cui assentio. ratio autem huius est. quod anima intelligit cum fantasmate et talium non sunt fantasmata in se.**

Ad primum principi

pale ans est falsum. licet enim fides acquisita sufficiat ad assensum et certitudinem actus. put credere opponit opinari. tamen non est ita perfecte certus sicut cum fide infusa. nec est actus ita intensus. nec sufficit in esse primo. quia fides acquisita non perficit animam ita perfecte sicut infusa. oportet igitur ponere utramque fidem. **Ad 2o dico quod aliquis potest assentire per falsigraphum opposito conclusionis demonstrabilis per apparentem syllogismum. sed nunquam firmiter. et tunc causa adhesionis est causa apparentis syllogismi. et causa prima deceptionis est defectus in forma non in materia. quia tunc nunquam stare ad aliquod principium**

verum. sed iretur in infinitū in pncipjs
 Sed cum dicit qd heretici assentiūt fal
 sis sine rōne. dico qd nō est verū. qz null^{us}
 hereticus pprie loquēdo excludēdo sim
 pliciter infideles: est qui nō reputet se xpī
 anū. 7 omīs talis errat male intelligēdo
 aliquā auctoritatē scripture. 7 ex illo fal
 so intellectu cōcludit conclusionē falsāz
 cui ptnaciter adheret. sicut si aliqis ma
 le intelligēdo illud Aplī. Qui infirm^{us}
 est olus manducet. ex hoc inferret ana
 thema esse omnē infirmū aliud mandu
 cantē qd olus. nihil eēt ad intellectū aplī
 quia nō loquit de infirmitate corporali
 sed spūali in fide. Ad aliud cōcedo qd
 fides nō corrumpit in nobis effectiue: s; z
 demeritorie. 7 cum dicit. igit p maximū
 demeritū. Dico qd nō. s; per illud qd ex
 rōne sua opponit fidei. cuiusmodi est in
 fidelitas sue error circa credibilia. Ad
 aliud concedo qd fides infusa est pfectior
 habitus simplr quocūq; habitū acqui
 sito. eo qd rōne sue pfectionis nō potest
 causari nisi a deo in rōe cause ut causat
 obiectū. vel per aliū modū supplēdo vi
 cem obiecti qd nō est pfecte p̄sens in rō
 ne obiecti respectu fidei. Et cū dicit. igit
 actus credendi est simplr pfectior qd act^{us}
 intelligēdi elicitus ab habitu naturali p
 secto p̄moꝝ pncipioꝝ. Dico qd est loqui
 de actibus istis in se. 7 sic actus credendi
 est pfectior. qz a pfectiori pncipio elicir^{us}.
 7 in pfectius obiectū tendit. 7 est loqui
 de eis fm qd plus vel minus attingūt ob
 iectū in qd tendūt q̄tum ad intelligibī
 litatē obiecti. 7 sic dico qd actus intelligē
 di est pfectior. qz eius obiectū nō tm̄ ex
 cedit ipm̄ in intelligibilitate nō itellecta
 q̄tum deus excedit actū credēdi in intel
 ligibilitate nō itellecta per actūz fidei.
 Ex^o oculus aquile videt solem. oculus
 meus videt candelā. tunc simplr loquē
 do visio aquile est pfectior. quia pfectio
 ri 7 acutiori potētia est elicita. sed loquē
 do de actu fm p̄portionē ad obiectū est
 eōuerso. quia visio mea magis attingit

ad totam v̄sionē cādele: qd visio aquile
 ad totā v̄sionē solis in se. 7 ita fm pro
 portionē geometricā visio mea ē pfecti
 or. fm aut arithmetica visio aquile.

Hic quæritur.
 si fides. Circa istam. 24. vl.
 in qua mgr̄ agit de fide qd
 tum ad eius obiectū 7 nāz.
 querit vnu. Cū. s. de credibilibus re
 uelatis possit aliquis hic simul scientiā
 7 fidem loquendo de scia vt accipit pro
 omni noticiā certa accepta ex euidētia
 rei. qd sic. Jo. 20. Quia vidisti me Tho
 ma credidisti. Thomas simul habuit d
 ch̄risto certā noticiā intuitiua 7 tamē si
 dem. qd simul 7c. ¶ Preterea. Petrus et
 Johannes viderūt xpm crucifigi. sed vn^{us}
 articulus est de xpo hoie crucifixo. igit
 simul habuerūt noticiā intuitiua. quia
 ille homo crucifixus est: 7 fidem. qz non
 est dicendū eos fuisse extra fidem vl cog
 nitionē fidei: quia hoc viderūt. igit stāt
 simul de eodē scia 7 fides. ¶ Preterea.
 ad eandē conclusionē probandā pōt ali
 quis habere demonstratiōē 7 syllogis
 mū dyaleticū. quia diuersa p̄nt eē me
 dia ad eandē conclusionē pbandā et sil.
 igitur de eodē potest esse scientia 7 opinio
 quia quādo causa aliquoꝝ sūt compas
 sibile in eodem: videtur etiā qd ip̄i effe
 ctus sint composibiles. igit scia 7 fides
 p̄nt eē simul de eodē. quia minus repug
 nant qd scia 7 op. ¶ Preterea. i. ad Loī.
 17. distinguit Apl̄s dona collata mem
 bris ch̄risti. 7 distinguit scientiā cōtra si
 dem. dicens. alij datur sciētia. alij fides.
 sed scientia vt ibi distinguit contra fidē
 est theologia 7 sciētia scripture sacre. igit
 tur habens theologiā habet scientiā vt
 distinguit contra fidem. sed h^{ic} scientia
 non destruit fidem sed nutrit. roborat.
 7 defendit. Unde Aug. 14. de trini. c. i.
 allegans verbū Apostoli supra dictum
 7 loquens de theologia. dicit. Huc scie

tribuo illud q̄ fides saluberrima gignit. nutritur: defenditur ⁊ roboratur. igitur scientia theologie vt distinguitur cōtra fidem simul stat cum fide. ⁊ est de eisdē de quibus fides. igit de credibilibus reuelatis simul stant scia ⁊ fides. ¶ Preterea. sicut se habet lumē naturale ad obiectū sibi p̄portionatū cognoscibile in illo lumine: sic lumen supernaturale ad obiectum sibi p̄portionatū cognoscibile in illo lumine. sed intellectus noster in lumine naturali potest habere scientiaz de cognoscibilibus p̄portionatis illi lumini. igitur ⁊ intellectus in lumine supernaturali cuiusmodi est lumē fidei potest habere scientiā de cognoscibilibus in illo lumine. ⁊ certum est q̄ de credibilibus est fides. igitur simul p̄t hō hēre fidē ⁊ sciaz de credibilibus: alit lumē nāle eēt vtuosi q̄ lumē supnāle. Preterea. null' est cui nō sit magis notū q̄ deus nō potest falli nec fallere. q̄ q̄ homo in lumine naturali nō possit decipi in iudicādo de aliq̄ cognoscibili. sed aliquis in solo lumine naturali potest habere iudiciū certum: quod sufficit ad scientiā de aliqua conclusione geometrica. igitur potest aliquis habere iudiciū certū in lumine supernaturali de aliquibus credibilibus. quod quidē iudiciū sufficit ad scientiā. cū certius sit deū nō posse falli nec fallere: qui confert lumē supernaturale: q̄ sit de lumine naturali. Sed constat q̄ de credibilibus habet quis fidē. igitur simul de eodem potest eē fides ⁊ scientia. ¶ Preterea. p̄ma p̄ncipia sūt imediata ⁊ necessaria ⁊ nota ex euidētia terminoz app̄hensoz. sed in credibilibus sunt aliqua p̄ncipia simpliciter p̄ma ⁊ imediata. aut nihil esset creditum. si eni in credibilibus procederet in infinitū: nō eēt dare aliquod primū credibile. ⁊ in essentialitē ordinatis vbi non est dare primum nec aliquod posterorū. 2° metha. igitur est aliquod primū credibile vel aliqua. ⁊ p̄ consequens necessaria. aut nullū poste-

riorū esset necessariū. cum igitur p̄ma sint nota ex euidētia terminoz app̄hensoz. ⁊ ex p̄ncipijs sic nobis possit haberi scientia deducendo ex illis conclusiones. igitur ex credibilibus potest haberi scientia ⁊ fides constat. Sed dices q̄ aliqua credibilia sunt simpliciter p̄ma. sicut deum esse trinum ⁊ vnum. sed tamen hoc non est cognitum ex euidētia terminoz app̄hensoz. quia non possumus tales terminos app̄hendere. Contra. nisi terminū app̄henderentur nunquā formaremus hanc complexionem. deus est trinus ⁊ vnus. ⁊ per consequens de complexo nō haberem' fidem. quod falsum est. igitur stat ratio ¶ Contra. 2° ad Coz. 5°. Per fidem enim ambulamus non per speciem glo. mō p̄ fidem tantum illuminamur. si tantum per fidem. igitur non habemus nec habere possumus in via simul scientiam ⁊ fidem de credibilibus reuelatis. ¶ Preterea. omnis cognitio vel conclusio que potest deduci ex credibilibus reuelatis est obscura ⁊ enigmatica de cōmuni lege. igitur talis cognitio de tali conclusione non attingit ad illam cognitionem perfectam que est de re ex euidētia reiculusmodi est cognitio sciētiālis. igitur cognitio illa ⁊ scia non stant simul.

Questio ista inclu-

dit duos articulos. vnum an de credibilibus reuelatis possit esse scientia. et de eo reuelata ad differentiam illoz credibilibus quibus credo ex testimonio alius cuius non reuelantis aliquid supernaturale. sicut credo Romam esse. ⁊ hu iu modi. Secundū an de illis possit esse simul scientia ⁊ fides. Loquendo de credibilibus in se. vtrum de eis sit scientia vel esse possit non disputo. Sed de eis in comparatione ad finem. vtrum scilicet simul cum fide possit de eis esse scientia. Sic intelligendo quasi dicitur ad eam. q̄ vti cum fide possit scientia es-

se de credibilibus: non tñ subalternans: sed subalternata tñ. 7 pmo narro aliq̄ postea formabo ratione. Scia subalternans habet pncipia imediata: 7 p̄ma que nō habet resolui nisi in terminos simplices notos ex euidētia rei in se. 7 ideo pncipia sūt nota ppter quid ex terminis per se notis ex euidētia rei. Scientia aut subalternata nō habet pncipia imediata 7 p̄ma resolubilia imediate in terminos simplices notos ex euidētia rei. 7 ideo nō sunt nota ppter quid i sciētia illa. sed in subalternante in q̄ sunt cōclusiones demonstratē. 7 ideo scia subalternata accipit pncipia sua a scientia subalternante. 7 supponit ea esse vera 7 sunt nota sibi nō ppter qd. Scia pmo nō stat cum fide. q̄lem habent beati de credibilibus q̄ nos credimus: 7 ideo nō hnt fidē s; visionē 7 cognoscunt propter quid. sed scia subalternata scie brō rū bene pōt esse cum fide. ¶ Ad hoc arguitur sic. 7 rōnes sūt aliquantulū tediōse in forma. Scia subalternata fm q̄ subalternata 7 sub ppria ratōe qua subalternata est scia. sed inquantū subalternata supponit pncipia sua 7 accipit ea a scia subalternante. 7 iō nō habet pncipia nota sibi ex euidētia rei 7 ppter quid. igit potest stare vera ratio scie subalternatē q̄uis supponat sua pncipia. igit theologia pōt esse 7 est vera scia. quāuis ipa credibilia q̄ sūt pncipia eius sint supposita 7 nō nota ex euidētia rei 7 ppter quid in ipa. igit stat theologia vt scia subalternata sub ppria ratōe talis scie cū fide de eisdem. Preterea p̄spectia inq̄tū p̄spectiua 7 sub ppria rōe sua est scia. igit p̄spectiuus inquantū p̄spectiuus reduciplicando illud quo formalit̄ denoiatur est sciens denoiatiue a scia p̄spectiua: sed aliquis pōt esse p̄spectiuus circūscripta geometria. ex quo. n. sūt habitus distincti nō sūt necessario p̄neci in eodē igitur aliqs pōt habere p̄spectiua nō habēdo geometriā. 7 tñ pncipia p̄spectiue

nō sunt nota in ipsa ppter quid. sed in geometria a qua illa accipit 7 supponit ex illis tñ suppositis 7 creditis deducit conclusiones 7 generat in eo scia p̄clusiōnum igitur eodē modo pōt aliquis habere theologia q̄uis supponat pncipia sua 7 accipiat ea a scia beatorū. 7 non sint nota in ea ex euidētia terminorū ppter quid: sed credita 7 supposita tñ. 7 nota. qz nō ppter qd pnt tñ ex eis deduci p̄clusiones ex q̄bus habet scia subalternata que nunq̄ est nisi in viatore. igit simul stant fides 7 scia de eisdem. Preterea p̄s. 6. et̄. c. x. dicit sic. Cum enī aliquantū p̄gnita 7 credita sūt ipa pncipia 7c. sufficit igit fm p̄m habē aliqua cognitiōne de pncipijs ad hoc q̄ aliquis sciat 7 sciam acquirat deducendo p̄clusiones ex ipsis. ¶ Et p̄menta. vult q̄ ad scientiam habēdam sufficit inductio q̄ est singularibus ad vniuersale. 7 p̄gnit sic pncipijs vltibus ex inductione ex necessitate sequitur scia. 7 dicit q̄ hec scia sic habita est alterius modi a scientia q̄ habetur per sylogismum 7 demonstratiōnem. sufficit. n. ad sciam habendam q̄ pncipia sint aliquantū nota vt. f. sint credita 7 supposita 7 accepta a superiori scia in qua sunt nota ppter quid. igit theologia est scia. 7 in viatore est simul cū fide d̄ credibilibus reuelatis.

Contra illam opi.

7 pmo p̄ opinantē. nam in 2^o 2^o. vbi q̄ rit hoc ex intentōe: dicit q̄ fides 7 scia n̄ stant s̄l. s; theologia si inq̄tū subalternata scie beatorū sit vera scia 7 vt subalternata nō sit nisi in viatore. tūc scia sub ppria ratione scie subalternatē stat cum fide in viatore 7 de eisdem. f. creditis nec potest soluere p̄tradictionē istaz nisi in 2^o 2^o velit dicere q̄ loquitur d̄ sciētia subalternante non subalternata Preterea p̄ opi. in se. Scia nō dependet essentialiter ab aliquo sicut causatum a causa nō. n. loquor dependentiam actiōis

ad obiectum . nisi ab eo quod est causa
 illius essentialiter . sed notitia beati quā
 habet de deo trino ⁊ vno euidenter vi-
 so ex euidentia terminoz . non est eēntia
 liter causa nostre theologie . quia scien-
 tia nō dependet essentialiter nisi ex potē-
 tia ⁊ obiecto in se vel in specie sua . s; sci-
 entia illa beati nō est obiectum scientie
 mee . ita vt cognita notitia eius . cognos-
 cam deum trinum ⁊ vnu nec est poten-
 tia anime nec species obiecti : nec aliqd
 mei qd possit eē causa scientie mee i ali-
 quo genere cause efficientis maxime sic
 modo loquimur . igitur habitus in me in
 nullo dependet sic a causa eēntialiter : a
 visione beatoz nec sequit : q; si scientia
 beatoz sit de creditis a nobis q; in no-
 bis sit scientia cum fide . immo esset sile-
 si dicerem i me esse geometriam quia i
 Joanne . quia ego credo Joānem habere
 scientiam geometrie . ¶ Preterea ois
 sciens scientiam s; alternatam que ē de
 intelligibilibus pōt scire ⁊ subalternan-
 tem . quia pncipia s; alternantis sūt po-
 ra . ⁊ in intelligibilibus illa que sūt prio-
 ra simpliciter sūt priora nobis . licet in sen-
 sibilibus non sint eadem priora simpli-
 citer ⁊ priora nobis . quia sensibilia po-
 steriora sūt nobis magis nota . s; hec sci-
 entia si est scientia est de intelligibilibus
 vt distinguit contra sensibilia . quia d; se-
 sibilibus nō est scientia nec demonstra-
 tio . ex 7^o metha . Si ergo hec scientia po-
 test simul stare cum fide . sequit q; aliqd
 pōt scire scientiam s; alternatam cum fi-
 de . ⁊ ita pōt esse comprehensoz ratōe scie-
 tie . ⁊ viator simul ratōe fidei sil stantis .

Alia est opi. San.
 quolibet . 8 . q . 9 . sed tamē hic plura quā
 sibi q̄ritum ad aliquid . s . de lumine i quo
 est scia . dicit . n . q; est triplex lumē . vnuz
 sufficiens ad apertam visionē habēdaz
 de his que nūc credimus s; lumē glie i
 quo credita a nobis clare videntur cog-
 nitione intuitiua ⁊ ppter quid . Aliud

est lumen quod requirit ad credendum
 articulis fidei . ⁊ aliud est lumen mediū
 clarius lumine fidei : ⁊ infra lumē glie .
 quod est ad hoc q; credibilia de quibus
 habemus fidem intelligant ⁊ d; ipsis ha-
 beatur scientia . ⁊ licet cognitiones extre-
 me in p̄p̄is luminibus s; cognitio fi-
 dei : ⁊ aperta visio in lumine glorie non
 stent simul tñ cognitio media que ē scie-
 tia in lumine mediō stat cum cognitōne
 fidei . quia extremum ⁊ mediū min^o re-
 pugnant q; extrema inter se . Exempluz
 si de aliqua eclipsi laz stante dicat aliqd
 nō videnti lunam q; iam luna eclipsat .
 ille si presumat de veritate dicentis cre-
 dit q; nec vidit p̄ oculis nec intelligit . q; p
 cursum motuum celestium non scit q;
 in tali instanti de necessitate debeat lūa
 eclipsari . ille vō qui hoc nouit illo mo-
 do intelligit lunam eclipsari : sciendo eē
 aliquaz eclipsim in singulari vago . ⁊ ita
 in vniuersali non aut in singulari signa-
 to nisi videat illam p̄ oculis eam p̄ticu-
 lariter apprehendendo . ille vero q; vidz
 eam certissimum intellectum habet de
 hac eclipsi vt est p̄ticulariter signata . de
 qua in p̄ticulari signato astrologus nō
 videns eaz nō habet nisi fidem siue opi-
 nionem . quanq; de ipsa in p̄ticulari va-
 go ⁊ in vniuersali scientiam habeat ⁊ ta-
 lis scientia ⁊ fides siue opinio de p̄ticu-
 lari signato simul stant absq; corporalī
 visione in p̄ticulari signato . sed cum est
 talis visio de p̄ticulari signato euacuat
 de eodem fides vel opi . precedens . ita q;
 nunquā euacuatur opi . quousq; veniat
 visio q̄rituncunq; forme cognitio i vni-
 uersali ⁊ particulari vago p̄ demonstra-
 tionem . ita per omnia est in proposito .
 fides nostra est de p̄ticularibus vagis .
 quia de p̄ticularibus indeterminatis no-
 bis in hac vita : vt q; aliquis vnus hō ē
 christus . aliqua vna femina est Maria
 aliqua vna natura est deitas sed nihil ⁊
 terminatum in re vel in nobis fide per-
 cipimus . sed hoc in visione expectamus

et de illo signato quod tunc videbimus est proprie fides quod modo non cognoscimus nisi indeterminate. et in hoc consistit enim genera fidei. patet igitur secundum eum quod visio excludit fidem sed scientia non. et hec scientia de credibilibus habetur in lumine medio inter lumen glorie et lumen fidei. **C**onfirmatur per Augustinum. i. 4. de tri. c. i. quod scientia inquit non pollent plurimi fideles quibus polleant ipsa fide et post. aliud. n. est scire tamen modo quid homo credere debet propter vitam eternam adipiscendam. Aliud est scire quemadmodum hoc ipsum et pijs oportet. et contra impios defendatur quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur apostolus. hec ille. hec igitur scientia que stat cum fide sicut est cognitio clarior quam cognitio fidei. ita est in clariori lumine quam sit lumen fidei. aliter nisi esset clarior lumen qui plus habet de fide plus haberet de hac noticia. **P**reterea. Augustinus. super illud Iohannis. i. vita erat lux hominum. dicitur erat Iohannes de illis montibus de quibus scriptum est suscipiant modo. p. pp. et c. iusticiam. per pacem intelligit sapientiam qua maiores illuminantur. appellat iusticiam: qua minores fidem. vult enim ibi quod maiores in ecclesia habeant scientiam cum fide: minores fidem tantum. **A**lterius dicit quod lumen maius in quo credibilia intelliguntur et in quo scientia habetur de illis non inest homini nisi cum fide pre-supposita. nec illa scientia credibilium potest haberi non pre-supposita fide.

Contra hec primo

contra opinantem. nam ubi facit sermonem de illo lumine scilicet in summa. vult quod maiores habeant scientiam ut fides defendatur contra hereticos. et pijs minoribus exponatur. aliter nisi essent alii qui talia facerent et scirent. cito deficeret fides simplicium et caderent in errorem. et vult quod iste sit ordo acquirendi

noticiam credibilem. scilicet quod homo primo debet investigare sensum littere in scriptura. 2º hoc habito ex sensu littere conclusiones explicitas deducere. 3º studere debet ut ipsa credita intelligat et ibi vult expresse quod propter istud tertium scilicet ut credita intelligantur non requiritur aliud quod lumen aliud a fide: et ego tunc infero quod multo minus propter primum et secundum. quia ad intelligendum sensum littere et conclusiones ex illo deducere et explicare potest homo attingere per perspicacitatem naturalis ingenij. hoc enim possit iudeus facere de epistolis Pauli sic ego possem. et si ego credo dictis Pauli. et ipse non. in hoc habeo firmiter adhesionem ipsi conclusioni quam ipse. quia ego credo sensui littere. et ipse non sed opinatur: et ipse elicit conclusionem opinatam: sic ego creditam. igitur si propter tertium scilicet ut credita intelligantur non requiritur aliquod speciale lumen ultra lumen fidei. nec propter noticiam littere et conclusionum explicandarum ex illo sensu requiritur aliquod tale lumen. et ita nullo modo requiritur necessarium tale lumen. **C**ontra conclusionem in se. ipse dicit quod ista duo lumen in se simul stant. et illud lumen in quo habetur scientia inmittit luminem fidei hoc videtur falsum quod sicut si mul. quia lumen illud non facit cognitionem intuitivam de credibilibus: sed scientiam abstractivam. et hoc tota scientia geometrica posset ab aliquo haberi si mul cum fide. pono enim quod aliquis scientiam geometricam exprimat alicui ignorantanti conclusiones geometricas scilicet quod omnis triangulus habet tres. ille presumens de scientia et veritate experimentis credit ei. habet igitur fidem quod triangulus habet tres. ponatur ultra quod ille sciens geometriam doceat cum cognitione abstractiva conclusiones quas prius credit tunc ille simul habebit scientiam abstractivam de conclusionibus geometricis et fidem si verum dicit quod cognitio abstractiva

tua non euacuat fidem. ¶ Preterea sci-
 entia et opi. non simul stant de eodem.
 igitur nec fides et scientia. Respondet qd
 opinionis ad scientiam est duplex diffe-
 rentia. pma. quia scientia dicit certitudi-
 nem et opi. fortitudinem. Alia qd scientia
 habet euidenciam ex parte rei. opi. autē
 non. sed fides sicut scientia habet firmā
 adhesionem et certitudinem. ideo fides
 minus repugnat scientie. ideo possunt
 simul stare non autē in opi. et scientia. ¶
 Contra. quelibet duo extrema p̄dictōis
 de eodem sunt incōpossibilia eque inter
 se. sed certitudo et nō certitudo de eode-
 sūt talia extrema. igitur sūt incōpossi-
 bilia. et per hōs opi. que habet nō certi-
 tudinem et scientia que habet certitudi-
 nem. cum igitur scientia habeat euiden-
 tiam ex parte rei et fides nō euidenciam
 cum euidencia et nō euidencia de eodem
 p̄tradicant: nō stabūt simul fides et scia
 de eodem. ¶ Contra hoc etiā qd dicit: qd
 scientia non potest p̄cedere fidem. s; ne-
 cessario sequitur arguo sic. Aut hoc est
 p̄pter formalem repugnantiam illoꝝ
 habitū inter se. s. qd fides non posset in
 esse post scientiam habitam. Aut hoc
 est p̄pter formale repugnantiam obiec-
 torum. p̄mū non potest dari. quia si sic
 tunc scia non posset inesse post fidez. cu-
 ius oppositum ponis. cum igitur poās
 istos habitos cōpossibiles videtur qd sci-
 entia possit p̄cedere fidem. et causare af-
 sensum fidei sicut sequi. si hoc ponis. p̄-
 pter formalem repugnantiam obiectoꝝ
 hoc est p̄positum. quia obiecta eque di-
 stinguuntur s̄m formales rationes post
 fidem positam sic ante. ¶ Nec valet dice-
 re qd sunt simul sicut cōtraria in medio
 vt colores ex. remi in rubore sic vna cog-
 nitio mixta et media ex scientia et fide.
 tūc enim illa cognitio nec esset fidei nec
 scientie. sicut rubor nec ē albedo nec ni-
 gredo. ¶ Preterea qd illud lumen cari
 lumine fidei non innitatur in suo effec-
 tu: s; in causando scientiam lumini si

dei siue ipsi fidei. dicit August. sup Jo.
 omel. 26. Cetera autē potest homo no-
 lens credere autem non nisi volens. tūc
 sic. Illud quod ex propria ratōne sui nō
 dependet essentialiter a voluntate non
 dependet essentialiter ab aliquo essen-
 tialiter dependente a voluntate. ista est
 plana de se. sed scientia saltem speculati-
 ua in quocunq; lumine habetur non de-
 pender essentialiter a voluntate. sed p̄-
 cedit voluntatem sicut prius posterius
 sicut intelligere velle naturali ordine. igitur
 nec ab eo quod essentialiter depen-
 det a voluntate cuiusmodi est fides. igitur
 cognitio faciens scientiam non de-
 pender essentialiter a fide in quocunq;
 lumine habeatur. nisi dicas illam habe-
 ri in solo lumine fidei cuius oppositum
 dicit. sed in alio. ¶ Preterea comparā-
 do illud lumen ad scientiam. arguo qd
 non sufficit ad causandam scientiam in
 homine. quia impossibile est intelligere
 aliquam conclusionem mediatam nisi
 prius natura saltem intelligantur aliq;
 p̄ncipia immediata ex quibus illa con-
 cluditur. quia rota euidencia conclusio-
 nis dependet essentialiter a p̄ncipijs s; p̄-
 ncipia immediata non possunt intelligi
 nisi prius apprehendantur termini: vt sūt
 termini p̄ncipioꝝ immediatoꝝ. igitur
 illud lumen quod non facit apprehen-
 dere terminos p̄ncipioꝝ immediatoꝝ s̄m
 qd huiusmodi. non facit nec
 facere potest intelligi p̄ncipia imedia-
 ta nec per consequens conclusiones que
 sequit ex illis p̄ncipijs intellectis. sed lu-
 men istud quod ponis non facit concipi-
 pere vel apprehendere terminos huius-
 modi. deus est trinus et vnus vt sūt ter-
 mini propositionis immediate. sed tan-
 tum in generali et in distincte cuius pro-
 batio est. quia nullum conceptum ha-
 beo in aliquo lumine de deo trino et vno
 que non possit habere hereticus. et sim-
 pliciter infidelis. Quod patet ex hoc.
 quia per eundem conceptum quem ita

ego affirmo de istis terminis et de conclusione facta: ipse hereticus negat. sed certum est quod hereticus non habet conceptum terminum distincte sub propriis rationibus. igitur nec ego habeo. sed talis apprehensio terminorum principio requiritur ad hoc quod deo sequens sciat. igitur tale lumen non sufficit ad sciam. ¶ Preterea. ad hoc arguo sic. si lumen istud causaret apprehensionem terminorum principio sub propriis rationibus: tunc ipsa principia essent certissima. non solum ex adhesionem per fidem: sed etiam ex evidentia terminorum abstractiue apprehensorum sub propriis rationibus. et per omnes deo sequens esset evidentissima. et ita theologia esset certissima scientia ex evidentia terminorum. et esset certior alijs scientijs abstractiuis. ex quo enim termini apprehenduntur sub propriis rationibus et in ipsis est tota necessitas et certitudo principiorum et conclusionum theologia esset certissima scientia ex evidentia obiecti quod ipse negat. ¶ Preterea alij arguunt contra eum querentes quid sit tale lumen. et respondens dicit quod est quid spirituale sicut charitas. id non potest ostendi sed illi percipiunt hoc lumen qui recipiunt. ¶ Contra. charitas potest ostendi et actu interiori quo inuenit homo se promptum ad diligendum deum. et exteriori quo seruet in actibus extrinsecis per aliquo dilecto. sicut aliqua scientia ostendit actu interiori intelligendo: et exteriori in bene docendo. scilicet tales qui habent hoc lumen finem eos non melius docent nec firmitus adherent in mente credibilibus propter lumen istud quam alij simplices non habentes hoc lumen. sed frequenter minus. igitur non debet poni. ¶ Preterea. contra hoc est philosophus 2º posterior. 3º Platonem: qui ponbat omnem sciam in nobis a principio. sed quod esset quasi obruta propter impedimenta aliqua. dicit enim philosophus. hoc est inconueniens. scilicet habere tales nobiles habitus et tamen latere nos. igitur est inconueniens ponere tale lumen et tamen latere nos namque habentem fidem non latet se habere fidem aliquam. quin. scilicet sciat se habere habitum quo

credit in generali. Quod autem ille habitus inclinaret ipsum in verum simpliciter hoc credit. cum igitur habitus iste sit manifestior et clarior. scilicet lumen quod ponis. non lateret habitum quin sciret se illud habere. et posset illud ostendere actu extrinsecus. ¶ Preterea quero quando lumen hoc infunditur. si in baptismo cum fide tunc homo sine doctore exiens in deserto posset inuenire totam theologia: saltem quantum ad media necessaria que sunt in ea. quod posset in illo lumine terminos apprehendere et complexionem facere. et ex principijs conclusionem deducere et ita totam theologia scire quantum ad ea que necessaria sunt. quod dico. quod multa sunt contingentia in ea sicut alij sicut dicitur. si non infunditur in baptismo: sed postea quando homo applicat mentem ad intelligendum scripturam. ¶ Contra. quod tunc eius infusio non esset miraculosa. quando enim deus assistit ut generalis causa ad aliquem effectum causandum. si natura disponit non dicitur mirabile conferri. nec illud collatum dicitur esse supernaturalis: sed magis naturale. ut patet de corpore organizzato et infusione anime. si igitur assisteret cuilibet inquirenti veritate scripture ad dandum tale lumen illud non diceret dari miraculose. nec diceret lumen supernaturalis. et tunc non fuit miraculum quod motes. id est maiores habuerunt istud lumen et non minores. ¶ Si dicas quod non datur sic. sed quibus vult. tunc frustra laboramus in studio et inquirendo veritatem. et esset multo melior via veniendi ad sciam theologie sedere in ecclesia et rogare deum ut daret nobis hoc lumen.

Ad questionem igitur aliter respondeo. quod scientia multipliciter potest accipi. Uno modo per aliquam noticiam cum adhesionem firma dicitur scientia. et quod talis scientia possit stare cum fide. vult Augustinus. i. retractata. c. 12. sed isto modo non queritur questio de scientia. quia non tantum de credibilibus reuelatis potest esse scientia hoc modo firmiter adherendo testimonio alieno et sic stare

cum fide. sed etiam ipsa fides est scientia isto modo sicut patet August. xi. de ci. c. 3. Profecto inquit ea que remota sunt a sensibus nostris quam nostro testimonio scire non possumus: de his alios testes requirimus. cumque credimus a quorum sensibus remota esse vel fuisse non credimus. et sic est in sensu que credimus alijs de his que videntur. sic est in intellectu finem ipsam de his que mente sentiunt. quia et ipse sensus mens rectissime sensus dicitur. Similiter ad huc potest esse assensus non solum per credulitatem testimonio alieno. sed potest esse sicut veritati scire assentire: licet non ex eisdem causis sed evidentia necessaria. de quo assensu loquitur philosophus. 6. eth. dicitur. que habitibus intellectualibus dicitur alijs determinare verum et assentire uni parti. sicut aliquis assentiret conclusioni demonstrate. et ita fides qua assentitur alteri parti conditionis determinate esset scientia sed per philosophum. et si esset de speculabilibus reduceretur ad scientiam. si de agnobilibus reduceretur ad prudentiam. si de factibilibus ad artem. Et isto modo fides infusa et scientia de reuelata stant simul. quia sic non accipitur proprie scientia. Sed accipiendo scientiam proprie ut accipitur per philosophum. requirunt quatuor conditiones in scientia. prima que sit certa excludendo omnem dubitationem et deceptionem. 2. que sit de cognito necessario. 3. que sit per causam evidentem in intellectu. 4. que sit per causam necessariam evidentem applicatam ad conclusionem per discursum syllogisticum. propterea dicit philosophus per posterum. tunc scire operamur unumquodque simpliciter et non sophisticatedo modo qui est finem accens. per hoc excludendo omnem dubitationem et incertitudinem cum causam arbitramur cognoscere. scilicet causam necessariam. et quod illius est causa per applicationem principiorum ad conclusionem. et hoc modo subiungit demonstratiuam scientiam procedere ex primis et veris et notioribus causis conclusionis. et illo modo accipiendo scientiam impossibile

bile est de eodem esse simul scientiam et fidem

Ad propositum ta

men magis dico: que aliam noticiam potest haberi cum fide. et alius habitus a fide. et primo videndum est qualem habitum potest habere homo cum fide. et primo de habitu quem homo potest habere ex sensu littere scripture sacre de creditis reuelatis. 2. qualem habitum exponendo scripturam et explicando conclusiones et soluendo ea que videntur peria. 3. qualis habitus fuit in motibus recipientibus per scientiam. De primo dico que noticia quam habet aliquis de his que traduntur in canone bible non est tradita per modum scientie demonstratiue mentis dicando sed noticiam illam siue habitum de intellectu littere ab aliquibus principijs ex quibus demonstratiue concluditur. quod expresse patet per August. 18. de ci. c. 41. in fine. ubi loquens de traditis in scriptura dicit. que illa commendata sunt nobis diuinis eloquijs quamuis per homines. non argumentorum concertationibus inculcata. ut non hominis ingenium sed dei eloquium pretempnere formidaret que illa cognosceret sed que tradita sunt in scriptura: habet igitur habitum de sic traditis in sensu littere. non quidem habitum scie sicut descripta est scientia. sed habitum quo immediate assentit omnibus et singulis et non uni propter aliud de his que traduntur in scriptura. quoniam si aliam ibi tradita probarentur ex alijs non assentiret eis quia sic probata. sed cuilibet dicto in canone assentit. non quia probatur modo dicto sed solum propter auctoritatem dei ratione cuius assentit immediate omnibus traditis in scriptura non uni propter aliud per syllogisticum discursum. Si dicas que scriptura arguit et procedit diffinitie et diuisione sicut alie scientie. hoc non video nec scio ubi. Si dicas que Paulus arguit. i. ad Cor. 15. Si mortui non resurgent nec Christus resurrexerit. igitur mortui resurgent. Et beatus Iohannes diligamus nos inuicem: quonia ipse per

dilexit nos. **R**espondeo q̄ argumentum est de aliqua re ⁊ faciens fidē de ea que aliter esset dubia. ideo in argumento p̄ prie dicto creditur ⁊ p̄sentitur conclusio n̄i propter argumentum ⁊ eius euidētiā. Sed si Paulus dixisset solum istud mortui resurgent tantum credidisset ei tunc sicut modo. nec est maioris firmitatis illa p̄clusio q̄ si simplici nar rasset eam. similiter sicut credo p̄clusio ni vel p̄sequenti: sic ⁊ a n̄i. ⁊ e conuerso. sicut enī credo q̄ mortui resurgent: ita credo x̄pm̄ resurrexisse. quia nullaz certitudinem habemus de christi resurre ctione. nisi ex testimonio alioz. sicut p̄ p̄ Aplm̄ ubi s̄. qui dicit. Si christus nō resurrexit inueniuntur falsi testes. ⁊ ideo tota certitudo que habetur de resurre ctione christi ⁊ mortuoz nō est nisi cer titudo fidei ⁊ n̄ ultra. Sed qd̄ dixit Jo. Diligamus nos inuicēz ⁊c. hoc dixit ad mouendum animos nostros ad x̄pi dilectionem. q̄ tam christus dilexerit nos tali dilectione de qua loquitur. hoc est nobis creditum. ⁊ si habet certitudinem de conclusione non tamen maiorem q̄ de principio ⁊ ideo cum p̄ncipium non cognoscatur ex euidētia rei nō p̄t habere scientiam de conclusione. sed si alius quis habet habitum ultra fidem illo as sentit omnibus ⁊ singulis que dicuntur in canone. ⁊ nulli vni p̄pter aliud. quia ⁊ si vnum posset sequi ex alio nō habet tamē maiorem certitudinem de illo qd̄ sequit̄ q̄ de illo ex quo sequit̄.

Si loquamur de se cundo mō habēdo habitū cū fide vt sci at quis exponere scripturam ⁊ p̄clusio nes explicare ⁊ p̄ria soluere. talis potest esse maior in ecclia. Tūc quero de tali. aut. n. exponit scripturam p̄ scripturaz. scz vni locum p̄ alium ⁊ obscurz p̄ ma nifestum. ⁊ habet maiorem certitudinē de scriptura exposita q̄ de exponente. d̄ qua expositione loquitur Augu. xi. de

ci. c. 19. Quamuis itaqz diuine sermo nis obscuritas etiam ad hoc sit vtilis q̄ plures sententias veritatis parit. ⁊ in lu cem noticie p̄ducit dum alius eum sic: alius sic intelligit. ita tamen vt quod in obscuro loco intelligitur vel attestatōe rez manifestarum vel locis minime du bjs asseratur: siue cum multa tractant̄ ad illud qz perueniatur quod sensit ille qui scripsit. hec ille. semp̄ stat tamen q̄ nō est maior certitudo de exposita q̄ de exponente. ⁊ ideo nunq̄ habet scientiaz p̄prie. **S**i autem exponit p̄ alias sci entias ad quod vltimo deuenerunt do ctiores immiscendo p̄hiam scripture sa cre quod sine dubio multū valet ⁊ p̄ci pue methaphisicalia vt vitas scripture de trinitate ⁊ intelligentijs ⁊ abstractis intelligat tunc dico q̄ conclusio non hz maiorem certitudinem q̄ altera p̄missa rum que minus certa est. sicut in omni mixtione certitudo p̄clusionis est certi tudo p̄missis minus certe. vt ex maio re de necessario ⁊ minore de p̄tingenti nō sequit̄ p̄clusio de necessario sed de cō tingenti ⁊ cum p̄missa sumpra ex sc̄ptu ra nō sit euidens ex terminis sed credita igitur nec p̄clusio erit demonstrata gene rans sciam quāuis possit generare habi tum aliū a fide. ⁊ sicut loquor de expo sitione sic loquor de p̄trarioz solutiōe quia solutio habet tantam certitudinē ex quāta p̄cedit in accipiēdo. qz si acci piatur de scriptura habet certitudinem quam dixi. si aliunde certitudinem quā habere potest tū scriptura cui innititur nunq̄ tamen certitudinem ex euidētia. Si quis autem habeat intellectuz expo nendi moraliter ad edificationem. ille habet explicatiorem intellectum q̄ qui scit sensum littere tantum. sed nunq̄ in tali expositione vel explicatione poterit aliquid demonstrare ex euidētia rei.

Sed si loquamur de tercio modo habendi habitum cum

fide qualem .s. certitudinem habuerunt illi quibus scripture veritas primo reuelabatur. Dico quod omnem effectum quem potest deus facere mediante causa effectiua 2^a potest facere immediate. nunc autem si res ipse de quibus scriptura tractat essent clare apprehense et intuitive genere noticiam certam absque omni dubitatione. et hec noticia: quia evidens est diceretur scientia. sed deus absque motione obiecti potest sic causare noticiam certam absque omni dubitatione. ita quod habens talem noticiam reuelatam a deo non possit dubitare de veritate illius. cuiusmodi noticiam creditur prophetas habuisse. et multos alios sanctos in scriptura. et tales habuerunt habitum prebentem magnum assensum. ita quod illo stante non potuerunt non assentire veritati. illa tamen certitudo non fuit evidens ex evidentiis rei: quia tunc contradictio esset quod huiusmodi noticia et fides simul starent. fuit tamen certitudo illa firma sicut est certitudo scialis que causatur ex principia notis ex evidentiis terminorum. sed non causabatur a talibus principijs sed aliunde. ideo scientia non potuit dici ex evidentiis rei: fuit tamen maior certitudo quam certitudo fidei quia fides non excludit omnem dubitationem. sed aliqua dubitatio potest stare cum fide. ¶ Dico igitur quod cum fide stare non potest scientia proprie dicta. quia termini non apprehenduntur in particulari sed proprijs rationibus. ideo principia non sunt nota ex evidentiis rei. et per consequens conclusio non est scientifica. alias tota geometria et fides starent simul. habetur tamen cum fide a multis alijs habitus quo assentit veritati scripture firmi et non vni veritati propter aliam: sed cuiuslibet immediate. licet sit ordo in dignitate veritatum secundum quod inter se comparantur.

Ad primum. pro

prima opinione dico quod non plus probatur nisi quod est scientia in se. quia sicut principia

sua essent in se principia si possent reduci ad principia simpliciter prima et nota ex evidentiis terminorum: ita sunt modo siue reducantur ab aliquo siue non. sed sicut si alternata non esset scientia nisi sua principia possent reduci in principia prima nota ex evidentiis terminorum. sic non est huic scientia nisi iste possit eius principia reducere in principia prima ex quibus demonstratur quod nunquam potest: nisi sciat subalternantem. et sicut non essent principia subalternata nisi essent conclusiones demonstrate in scientia subalternante. ita nec essent isti principia nisi essent demonstrata sibi in scientia subalternante. ita quod aliquis sciat perspectivam nisi sciat geometriam nihil est dictum. potest tamen habere opinionem vel fidem de traditis in perspectiva sine hoc quod sciat geometriam. quia de eisdem potest esse fides opinionis et scientia. sed non simul. Ad cognoscendum autem principia huius habitus theologici sic ut ex primis et immediatis illa demonstrat: nullus attingit nisi comprehensor. ¶ Ad 2^m procedo quod perspectiva est scientia: et perspectiva est sciens. Sed cum dicitur quod aliquis potest esse perspectivus nesciens geometriam: nego: quia nunquam est perspectivus nisi sit geometricus. Et cum dicitur quod sunt distincti habitus verum est. sed sicut non potest esse habitus ille nisi causetur ex principijs geometrie non immediate sed mediatis conclusionibus sibi demonstratis ex principijs evidentiis. ita non potest esse habitus huic homini nisi causetur in ipso ex principijs illis: que habent certitudinem isti ex principijs primis notis in scientia superiori. Si igitur in se non est illa scientia nisi causetur a principijs superioribus mediate tamen. ita nec isti est scientia: nisi causetur in ipso ex principijs que habent respectu sui certitudinem intellectus ex principijs superioris scientie. ¶ Si autem scientia subalternata habet aliqua principia prima que non accipit a superiori scientia:

quod est ex parte illorum possit scire non scita superiore. sed hoc nihil ad propositum: quia in hoc quod habet talia principia non est subalternata. Ad commentum dico quod inductio potest accipi dupliciter. Uno modo potest esse una species argumentationis secundum quod loquitur Boetius de inductione. Alio modo potest inductio dicitur omnis cognitio que oritur ex sensu sicut principia cognoscimus quia terminos apprehendimus per sensum. si primo modo loquitur commentator. dico quod inductio non sufficit ad scientiam nec ideo scitur vniuersale. quia ex particularibus deducit. unde magis sequitur scientificae. omne totum est maius sua parte. igitur hoc totum quod conuertitur. scilicet hoc et illud totum. igitur omne. vnde euidencia principiorum in scientia non dependet ex singularibus. sed si nullum singulare esset eorum scientia sit necessarium. adhuc staret vera scientia. sed principia sunt nota ex terminis apprehensibus secundum quod termini vltro se offerunt intellectui. et resolutio certitudinis stat in hoc quod ille est talis intellectus et habet tales termini. Si 2^o loquitur. verum est quod noticia principiorum dependet ex sensu. tamen non sufficit quecumque noticia terminorum ad hoc quod cognoscantur principia esse prima: seu talia ex quibus possit conclusio necessaria concludi que habet generare scientiam. Sed requiritur cognitio terminorum sub propriis rationibus ex euidencia illorum sed non semper immediate et distincte. sed in aliquibus scientiis sufficit noticia terminorum confusa. sicut in subalternatis. sed requiritur quod eorum cognitio confusa possit reduci in distinctam. Similiter scientia naturalis prout procedit metaphysicam habet suos terminos confuse notos. sed metaphysicus mediante definitione exprimit distincte noticia illorum. et tunc est perfectior quando est cum metaphysica.

Ad aliud pro opi.

2^o quod hac scientia non possunt plurimi fideles etc. Dico quod simplices credunt omnia que ecclesia implicite. nec sciunt fidem explicitam

re nec defendere. ideo illi qui hoc sciunt habent habitum distinctum a fide. sed non in alio lumine quod sit fides. nec ille habitus innititur principijs euidenter notis in aliquo lumine. isto tamen habitu non pollent plurimi fideles. quia ille habitus distinctus est a fide. non tamen est scientia ut describitur a philosopho nec est scientia habenti fidem. ¶ Ad omnes auctoritates Augustini. si essent mille de ista materia quod sit tale lumen in quo credibilia cognosci possunt vltra lumen fidei audiat eum. 15. de tri. c. vltio. Si incoculle crediderunt scripturis sanctis tanquam veracissimis testibus. agant orando. querendo et bene viuendo. ut intelligant. i. ut quantum videri potest videant mente quod videatur fide. hoc est videndo concordiam vniuersam in scriptura sic ex conformitate intelligant vtrunque. ¶ Si aliquis velit adducere Ricardum quod non deficiunt demonstrationes de trinitate peribanda. Dico quod verum est. desunt tamen nobis rationes necessarie ex principijs euidenti notis. ideo dicit philosophus in 1. theop. quod demonstratio vel est ex primis sicut idem dicit primo posteriorum. vel ex his que ex primis et veris et immediatis fidei acceperunt. sed dico quod principia que habemus hic non acceperunt fidem quo ad nos: quous simpliciter acceperunt fidem sicut credimus ex primis et veris et immediatis. ideo non possumus trinitatem demonstrare. et hoc vult Ricardus ibidem. i. de tri. c. 4.

Ad primum principii

pale respondet Gregorius in homel. in octava pasche di. quod aliud vidit et aliud credidit. vidit hominem et credidit deum. Sed contra hoc 2^o argumentum. quod petrus et iohannes viderunt illum hominem crucifixum et tamen de hoc est articulus. Si tunc quod omnium articulo sit vna fides: potest dici quod habuerunt fidem de alijs articulis et ita credidissent ipsum esse crucifixum si non vidissent. sed ex quo viderunt non crediderunt. pro tunc nec vniuersa postea cogitando illius crucifixione habuerunt si-

dem de ea. sicut nec dum viderunt intus
 itine. habebant tamē habitū quo illud
 credidissent si non vidissent. ¶ Ad ali-
 ud dico q̄ quādo effectus sūt in aliquo
 simul impossibiles. & cause eorum si
 mul sunt impossibiles in causando.
 quia nō possunt simul causare. sed si al-
 tera causat alia nō causabit impedita a
 fortiori causa illius. cum igit̄ scientia et
 opi. sint simpliciter impossibiles. in
 eodem de eodem: si aliquis habeat pri-
 mo opi. de aliquo & superueniat demō-
 stratio corumpit opi. si enī ambe cause
 sint in eodem. s. mediū dyaleticū. et
 demonstratiū dyaleticū. nihil faciet
 impeditū a mediō demōstratiū. ita q̄
 nunq̄ effectus erunt simul. nec cause si-
 mul causabunt. ¶ Ad 4^m patet ex di-
 ctis. q̄ habet habitum quo scit expone-
 re sic vel sic distinctum a fide. sed nō ha-
 bet scientiam descriptam a p̄bo. ¶ Ad
 5. dico q̄ si accipitur lumē utrobiz in
 genere suo perfectum bene procedit ar-
 gumentū. & ideo in lumine glorie habet
 scientia de obiectis p̄portionatis. sed sic
 argumentum procedit nihil valet. quia
 lumen naturale in quo habetur natura-
 liter est supremum lumē & perfectissimū
 in suo genere. lumen fidei est infimū iter
 lumina supernaturalia. ideo non sequit̄
 si in hoc potest haberi scientia & in illo.
 ¶ Ad aliud dico q̄ procedit de maiori-
 bus habitibus habitum quo assentiūt
 veritati reuelate tantū q̄tum homo in
 lumine naturali assentiūt p̄mis p̄ncipijs
 vel conclusioni p̄bare ex illis que exclu-
 dit omnem dubitationem. sed illa certi-
 tudo non fuit in eis ex euidētia obiecti
 & quāvis aliquis posset forte demonstra-
 re deum non posse fallere nec falli. quia
 potest probari naturaliter: sicut potest
 probari deum esse. non tamen potest sci-
 ri nec probari ab aliquo q̄ deus dederit
 nobis lumē supernaturale in quo de re-
 uelatis non possumus falli. sed hoc cre-
 dimus: quia dare tale lumen dependet

ex mera voluntate dei. hoc tamen oportet
 ad hoc q̄ in lumine supernaturali
 habere scientia ex euidētia rei. ¶ Ad
 aliud concedo: q̄ in credibilibus est ali-
 quod primum & immediatum & necessa-
 rium. s. q̄ hic deus sub p̄pria ratōne est
 trinus in personis & vnus in eētia hac
 sub ratione huius. sed ad illam proposi-
 tionem immediatam non attingimus.
 quia nec terminos sub proprijs rationi-
 bus eorum intelligimus. sed solum in cō-
 ceptibus vniuersalibus in illis proprijs
 conceptibus inclusis virtualiter. vnde
 noscimus trinitatem s̄m q̄ abstrahit a
 trinitate in numeris vel in rebus corpo-
 ralibus numeratis. & concipimus deum
 non sub propria ratōne eius in se. sed in
 ratione entis & cause & sic de alijs conce-
 ptibus generalibus in quos deuenimus
 ex conceptibus communibus sibi & cre-
 ature. Sed ad conceptus proprios dei
 in se. sicut est deitatis trinitatis persona-
 rum & vnitatis nature non deuenimus
 in via clare nec confuse. sed intelligimus
 in communi quid essentia: & quid perso-
 na. & postea credimus ibi esse tres perso-
 nas & vnam essentiam in tribus. non igit̄
 tur deuenimus in credibilibus ad aliq̄
 propositionem immediatam. quāvis ali-
 qua sit talis in se. aliter nulla posterior
 esset. & ideo scientiaz de credibilibus nō
 habemus. sed oportet resoluerē omnes
 conceptum quem nos habemus in plu-
 res conceptus partiales anteq̄ deuenire
 tur ad conceptum simpliciter primum
 de essentia & personis.

Q̄ Circa istam

25. di. in qua magister a-
 git de fide quantum ad
 eius sufficientiam querū-
 tur duo. Primo. Utrū
 ante christi aduentum fuerit fides neces-
 saria de his que modo credimus. Secū-
 do posset eē questio a quo fides habeat

nam unitatem. ¶ Circa primum arguitur quod non. Exod. 3. dixit dominus ad Moysen. Ego sum deus Abraham. deus Jacob. et nomen meum adonay. hoc non indicaui eis. Moysi igitur aliquid ostendit deus quod non ostendit alijs. igitur alij non tenebantur ad habendum fidem de omnibus de quibus Moyses habuit fidem: qui tamen fuit in eadem lege cum eis. igitur multo minus tenebantur ad habendum fidem de his de quibus nos habemus fidem: cum simus alterius testamenti. ¶ Preterea: ante christi aduentum non fuit necessarium homini credere quod angeli ignorauerunt. quia intellectus angeli excedit intellectum hominis. sed angeli ante christi aduentum et predicationem ecclesie non nouerunt incarnationem christi quam modo nos credimus. ergo. Minor pars per apostolum ad Eph. 3. ubi dicit quod sacramentum incarnationis christi fuit absconditum principibus et potestatibus in celestibus: et per ecclesiam eis innotuit. Et Esa. 63. Querunt angeli. quis est iste qui venit de ebron. t. v. de bosra. ¶ Preterea ad perfectam obedientiam sufficit implere que precipiuntur cum promptitudine implendi alia si precipiantur. igitur ad perfectam fidem sufficit credere quod explicatur credendum cum voluntate credendi alia si explicarentur sibi. sed ante christi aduentum non fuerunt tot credibilia reuelata quot modo sunt a nobis credita. non enim fuerunt tunc sacramenta noue legis instituta. nec protunc fuerunt reuelata multa contenta in nouo testamento que non continebantur in veteri testamento. ergo. ¶ Contra. pro omni statu fuit necessarium homini diligere omnia diligibilia ex charitate. quia cuilibet necessarium fuit charitatem habere. et charitatem in quocumque gradu ad omnia diligibilia se extendit. ergo similiter pro omni statu necessaria fuit fides respectu omnium credibilium. qui charitas non per-

ficit sine fide.

Ad questionez primo

mo videndum est que fides fuit necessaria viatori pro omni statu. 2. videndum est de actu fidei. an. scilicet aliquis actus fuerit necessarius pro omni statu: et quis. 3. an actus aliquis fuerit necessarius circa eadem credibilia circa que est necessarius pro nunc. ¶ De primo dico quod fides infusa fuit necessaria homini saluando pro omni statu. quia sicut anima non est accepta deo nisi ornatur et perficiatur per charitatem quo ad voluntatem. sic non acceptatur a deo nisi perficiatur habitu supernaturali quo ad intellectum. et sicut potentie ille sunt naturaliter ordinate. quia intelligere precedit velle. sic in perfectionibus. quia prius natura perficitur intellectus supernaturaliter quam voluntas. licet simul duratione. ista autem supernaturalis perfectio qua anima determinate assentit vero et credit verum: est fides infusa. sicut igitur necessarium fuit hominibus ante christi aduentum habere charitatem. sic et habere fidem. non quod sit contradictio ea separari. quia separantur modo in via. manet enim modo fides informis sine charitate. et in patria manebit charitas sine fide. sed quia deus de lege ordinata quam statuit non perficit animam nisi perficiat eam secundum totum. ideo non perficit voluntatem charitate: nisi perficiat intellectum fide. ex vno igitur credito. scilicet credimus fidem infusam esse in nobis qua assentimus. simpliciter vero concludimus fidem fuisse in patribus ante christi aduentum. ¶ Sed posito quod sic habuerint fidem infusam: videndum est an actus fidei fuerit necessarius pro omni statu. et dico primo in generali quod sic actus virtutum moralium fuerunt necessarii cuilibet saluando: sicut actus affirmatiui necessarii qui obligant semper. sed non per semper: sed pro aliquando. quando. scilicet concurrunt debite circumstantie. scilicet quando per-

quid sic oportet et quomodo. et sicut actus virtutum theologiarum sunt pro aliquando necessarii. quia actus virtutum moralium non ordinantur in fine nisi per actus theologiarum. unde quilibet tenetur diligere deum pro omni statu si habuerit usum rationis. et hoc pro aliquando. quando. scilicet circumstantie debite diligendi deum concurrunt. ita eodem modo dicendum est de actu fidei. pro habens usum rationis pro omni statu tenetur credere in unum deum factorem celi et terre. et hoc pro aliquando. Sed habito in generali quod actus fidei necessarius fuit pro omni statu in habente usum rationis. videndum est primo circa que credibilia. et propter hoc videndum est circa que credibilia sit modo necessarius actus fidei. Circa quod sciendum quod si articuli distinguuntur quantum ad ipsa credita. sic sunt. scilicet articuli. Si autem distinguantur secundum numerum illorum qui primo articulos distinguunt. sic sunt. scilicet primo numerum. scilicet apostolorum. Si primo modo tenentur aut articuli fidei sunt de deo tantum. aut de deo ratione nature assumptae. Si primo modo habentur conueniunt tripliciter. quia aut de deo ratione nature vel essentie. et sic habet hic articulus. Credo in unum deum. aut ratione personarum. et sic sunt tres articuli secundum quod sunt tres persone. Primus. Patrem omnipotentem. Secundo. et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Tertius. Credo in. scilicet. aut ratione effectus dei. et sic sunt. scilicet. articuli de deo primo quantum ad creationem. Creatorem celi et terre. et quantum ad gratificationem. remissionem peccatorum. et quantum ad glorificationem. carnis resurrectionem. et vitam eternam. et sic habent. 7. de deo ratione dei tantum. aliqui tamen includunt opus creationis in primo articulo quod pertinet ad unitatem essentie. et ultimum operum diuidunt in duos articulos. scilicet. carnis resurrectionem dicentes unum articulum. et vitam eternam alium. Sed primo dicitur melior. quia apostolus ponit unum articulum de creatione per se ad Hebr. 2.

fide intelligimus aptata esse secula verbo dei ut ex invisibilibus visibilia fierent. Articuli pertinentes ad deum ratione nature assumptae sunt etiam 7. Primum pertinet ad conceptionem. qui conceptus est de. scilicet. ad natiuitatem. natus est ex Maria virgine. 3. ad passionem. passus sub potio pilato. 4. ad descensionem ad inferos. descendit ad inferna. 5. ad resurrectionem. tertia die resurrexit a mortuis. 6. ad ascensionem. ascendit ad celos. 7. ad iudicium. inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Horum articuloz. Petrus in unum complexus est dicens. Credo in unum deum quantum ad unitatem essentie. Patrem omnipotentem. quantum ad omnipotentiam patris. Creatorem celi et terre. quantum ad opus creationis. Iohannes posuit articulum de persona filii. articulos de conceptione et natiuitate iunxit Iacobus zebedei in unum articulum. de passione posuit andreas. de descensu ad inferos Philippus. resurrectionem Thomas. ascensionem Bartholomeus. aduentum ad iudicium Matheus. de persona spiritus sancti Iacobus alpheus. operum gratie dixerunt duo apostoli. Nam Simon posuit effectum gratie quo ad collationem boni. scilicet. sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem. Judas iacobi quo ad mali remotionem. scilicet. remissionem peccatorum. effectum glorie posuit Mattheus. vel secundum aliquos Thomas. Sed est ne necessarium habere actum circa omnia hec vel aliqua eorum dico quod necessarium fuit pro omni statu habere actum implicitum de omnibus tunc enim habetur actus implicite quando habetur habitus. Sed habere solum talem actum non sufficit. sed in habente usum rationis requiritur actus distinctus et explicitus. sed non requiritur necessario in quolibet pro isto statu. scilicet quod omnes illos articulos explicite et distincte credat. quia deus nullus obligat ad.

impossibile. et ideo si sit aliquis rudis qui non possit concipere quid est natura et quod persona non est necesse quod habeat actum explicitum de articulo pertinente ad essentiam et personarum trinitatem distincte sicut habent clerici et fratres. sed sufficit quod si non possit talia intelligere quia nec terminos quod credat sicut ecclesia credit. qui libet tamen habens usum rationis tenet per aliquando ad aliquem actum explicitum et maxime ad illa que sunt grossa ad capiendum. sicut quod christus natus est. et passus et alia que pertinent ad redemptionem.

Sic igitur omnes tenent ad aliquem actum explicitum per aliquando. et ad alios in generali ut scilicet credat quod ecclesia credit. sed ad omnia credenda explicitamente tenentur maiores in ecclesia qui proficiunt alijs et tenentur aliquos in fide instruere verbo veritatis et exemplo honestatis et de huiusmodi loquitur Augustinus. i. q. de trinitate. i. Aliud est scire tamen modo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam que non nisi eterna est. Aliud est scire quemadmodum hoc ipsum et per ipsius oportet tulerit et contra impios defendatur. quod est maior in ecclesia. aliter cito deficeret fides simplicium. maiores igitur qui habent alios instruere tenentur fidem explicitam habere de omnibus et per tempore illa que credenda sunt alijs explicare secundum capacitatem eorum.

Sed hic occurrunt

quidam dubia. Si. n. simplices non tenentur de necessitate omnia credibilia explicitamente et distincte credere ut dictum est. igitur non tenentur quemlibet errorem contrarium articulis cavere. non. n. tenent oppositum illius cavere cuius oppositum non tenent agnoscere et ita posset aliquis licite cadere in errorem repugnantem alicui articulo.

Preterea si sufficiat simplicibus habere fidem explicitam de aliquibus et de alijs implicitam: et tunc si ille cui incumbit instruere simplices predicaret aliquid

oppositum fidei posset simplex licite adherere doctrine eius credendo tanquam verum aliquid falsum. et tunc esset fidelis et infidelis: fidelis quidem. quia non tenetur actum explicitum habere de articulo contrario. infidelis quia credit aliquid esse verum quod repugnat fidei.

Preterea. videtur quod maiores in ecclesia non tenentur explicitamente credere magis quam alij minores. quia est necessitate salutis non tenetur unus plus quam alius nisi ad plus obligetur. sed non obligatur aliter ad credendum maior quam minor. quia omnes obligantur in baptismo ad credendum ubi omnes equaliter obligantur igitur non magis explicitamente tenetur credere unus quam alius.

Ad primum istorum nego consequentiam primam. quia quilibet simplex tenet cavere non solum omnem errorem contrarium articulis numeratis. sed etiam omnem quod est contra veritatem scripture. scilicet canonis biblicae. quia non posset aliquis pertinaciter adherere contra veritatem in biblia quin iudicaretur hereticus. Et cum arguis non tenet ad cavendum errorem nisi teneat ad credendum explicitamente eius oppositum. Dico quod hec consequentia non valet. sicut patet in moralibus alijs. quia tenet cavere quilibet omnem peccatum mortale et tamen non tenet scire et cognoscere explicitamente in quo gradu superbia est peccatum mortale. vel gula. quia nec multi experti in scientia sciunt hoc. sed circa hoc sunt altercationes.

Dico tunc ad oppositum quod aliqua sunt que communiter predicantur in ecclesia. et talia sunt necessaria simplici ad credendum explicitamente. scilicet quod christus natus est de virgine Maria. et fuit crucifixus pro redemptione generis humani. sed si sit aliquid credendum quod tamen non predicatur contra in ecclesia. sed predicatur specialiter in uno loco de novo. non est necessarium simplici credere illud adherendo illi firmiter tanquam vero. imo necessarium est magis illi non adherere quousque sciat illud credit ab ecclesia tanquam verum. et cum hoc sibi constiterit. tenetur illi firmiter adherere

sicut in moralibus quando sunt altercationes de aliquo peccato quādo primo est mortale. ut si vnus peritus in scia dicat qd nō licet sic mercari. et alius dicat: qd liceat tutius est nō pcedere sic nec sic s; expectare quousq; veritas pateat aliunde. Si enim ita eēt qd vnus doctor diceret aliquē peccare mortaliter nisi sic faceret: et alius qd peccaret si sic faceret. tūc simplex foret perplexus. is bene vidēdū est in moralibus anteq; aliquid asserat. et per hoc patet ad 2^m. ¶ Ad 3^m dico. qd maiores tenent ad credendū magis explicitē et ad veritatē scripture magis intelligendā q̄ simplices. sed nō in hoc qd obligauerūt se in baptismo vt procedit argumentū sed in hoc qd curam animarū suscipiūt. ex quo enim sunt in statu altiori q̄ simplices. ideo obligant se ad illuminandū alios. et per consequens ad veritatem scripture capiendā et explicitē credendā. omnes igitur tenentur p quo libet statu ad fidē mediatoris post lapsum hominis. quia nullus saluat nisi sit membrū ecclesie post lapsū. qd non est nisi in fide mediatoris. sicut patz p apostolum ad Heb. x. Diffuse. et per Hug. b. sa. li. i. ¶ Preterea. sicut creator est principium essendi in natura condita. ita et redemptor est principium reparatōnis in natura lapsa. sed nullus potest recreari sine recreatore vel redemptore. sic nec esse sine creatore. sicut igitur fides de creatore semper fuit necessaria ad salutem ita fides redemptoris semper fuit necessaria ad salutem post lapsum humani generis. sed illa fides de mediatore pot eē explicita. sicut qd dei filius deus et homo redimeret genus humanū ppter hoc qd nasceret de virgine et moriretur in cruce sed sic explicitē credere in redemptorem non fuit necesse pro omni statu. sed hoc idē potuit credi magis confuse. s. qd de ordinaret aliquā viam redemptōnis. s; qd hoc fieret per filiū suū incarnatū: vel per angelū. vel hominē purū nō fuit ne-

cesse credere. sed sic generalr credere fuit necessariū omni homi ad salutē. Sed habentes legē moysaycā tenebantur credere magis explicitē q̄ nō habētes. quia ipi habuerūt fidem redemptoris magis explicitē traditā in pphetijs et psalmis. ¶ Ad actum autē fidei duo concurrūt necessario. s. habitus inclinans determinate in verum. et ipsa credibilia aliquo modo presentia. credibilia enim nō sunt presentia in habitu. ideo requiritur doctor qui aliquo modo ipsa explicet. s. de vel aliquis alius. quilibet igitur tenetur ad tot credenda ex habitu q̄ credibilia sunt sibi explicita ab alijs scientibus. et quia null' in veteri lege habuit tot sibi explicita quot habemus nos in lege noua. is nullus tenebatur ad tot explicitē credenda. et si alijs habuerit sibi tot reuelata vt forte Abraam tenebatur illa credere et alijs credenda explicare pro captu mentis sue pro statu illo.

Ultimo videndū

est. vtrum actus antiquorum fuerit de eodem credibili de quo est noster actus et loquor de actu credendi in redemptorem. Qui dicerent qd idem verum est de presenti. de preterito. et de futuro. dicerent qd sic. et quia eadem fuerunt extrema simplicia credita. igitur eadem fuit vnio extremorum. et ideo idem credibile fuit quod antiqui crediderunt futurum et quod nos credimus preteritum. quia et ipsi crediderunt redemptorem venturum. et nos credimus iam venisse. Aliter tamē p̄t dici qd eadē p̄plexio nō est si mul vera et falsa. nec simul contingēs et necessaria. ideo nec est formalr eadē cōplexio cum dicitur modo et credit a nobis: xps natus est. quia hec est vera nūc. et hec: xps nascitur est. est mō falsa. Similiter p̄ma est nō contingēs. qz de preterito. 2^a erat contingēs. qz dependebat ex libera dei voluntate. nō est igit eadē cōplexio de redemptore quā crediderunt

antiqui: et quā credimus nos. pōt tamē dici eadem cōplexio materialr: et eadem unio terminoz si abstrahitur significatum cōplexionis a mō significandi quā ipsi crediderūt et quā nō credim' modo de redemptore. vt. s. concipiatur significatum nominalr et nō verbaliter. sic cursus vt concipit sine tpe cōsignificato per verbum pteriti temporis et futuri: et abstrahitur cōplexio ab omni mō significandi cū tpe. Sicut si intelligit cōplexio sic pro aliquo instante determinato et abstrahat illud instās a respectib' ad tps pterituz et futurū. qz hī respect' nō includunt in rōne instātis. tūc eadē cōplexionē potuerūt ipsi concipere et p eodē instāte quā nos credim' de redemptore. qz tū cōplexiones nō sunt formalr eadē nisi accipitur significatū cū mō significandi. et mod' significandi rōne verboz est cōsignificare tps. iō nō est formalr eadē cōplexio quā crediderūt antiq' de mediatore. et quam nos credimus modo. sed ipsi xpm nasciturū. nos xpm natū. et vna est modo falsa et alia vera. vna mō necessaria de pterito. alia tunc cōtingens de futuro.

Ad primum principale cōcedo q' actus credēdi dependeat ex duobus. s. ex habitu inclināte. et p'sentia credibilis. qz nō sūt pntia in habitu. et ideo sine doctore et reuelatore nō tenetur simplices qbus nō erāt tot credēda explicita tot credere sicut Moyses. nec Moyses forte sic tenent modo maiores in ecclesia. qz tot credibilia nō erant sibi reuelata. opposito mō est de scia. qz hīs habitu scie eo q' generat ab obiecto sic a p'tiali causa h' obiectū sufficiēter pns q'uis nō ex vi habitus. sed p' spēs q' manent q' diu manet scia. ideo pōt p'siderare qn vult. et in p'tate eius est post sciam habitū p'siderare quodcuq' contentoz in habitu. nō sic est de fide: p'z. nec sufficit q'cuq' occurfus credibilis ad intellectū ad hoc q' habitus inclinēt in actū

firmiter eliciendū. sicut patz de baptisato nunc cui si statim occurrat fantasma illoz terminoz mori et resurgere. et cōponat apud se mortui resurgenti nō credit nisi pus sibi constiterit per aliquē q' sit articulus credēdus. iō necessario requiritur cū fide infusa fides acquisita in auditu. **Ad 2^m** dico q' quis cōiter pus illuminent angeli q' homies de sciendis. hoc tamē nō est necessariū. sed pōt deus aliter ordinare. vt pus reuelet aliqd hominibus per infusionē fidei et credendorum reuelationē q' angelis. ideo nō valet p'na. angeli nō cognouerūt incarnatiōne ante xpi aduentū. igit nec hoies crediderunt eam. et q' dicit q' angelus est p' spicatiois intellectus. nihil est ad p'positū. qz pcedit de cognitiois nāliter. in angelus qui annūciatur eam nouit ipaz ante q' esset completa. **Ad aliud cōcedo** p'conem modo dicto in pede. q. credo tamē q' nō sunt aliqua in nouo testamēto que nō pnt extrahi de veteri i aliquo sensu allegorico vel tropologico. vt anagogico. tamē nō omnia concipiunt in sensu historie. et l're in ve. te. **Ad aliud in** oppositū potest dici q' accipit falsū. s. q' quilibet tenet p' omni statu diligere oīa diligibilia ex charitate. qz Saluator dicit in Mat'h. Audisti qz dictū est anti' quis diligit a. tuū: et odi. ha. ini. tuū. ergo videt q' nō tenebant inimicos diligere. tū posito q' sic. dico q' tenent oēs implicitē diligere sed nō explicitē. sicut nō tenentur omēs omnia diligibilia explicitē cognoscere. et sic tenent oēs implicitē omnia diligibilia credē. **Preterea** dico q' nō est simile. qz fides est in intellectu subiectiue. Et si obijctur q' aliquis potest credere nolens. qz que sūt in intellectu pcedunt velle. dico q' nō sequitur. quia actus credendi dependet ex duobus. s. habitu inclināte. et credibili p'sentato. nō quocūqz sed p'sentato tanq' credibile. et sic cōiter nō pntatur nisi per doctrinā. et adhuc sic p'sentat: nō necessario credit intelle'

entis ut sic credere pcedit velle. quia pro-
ponens credibile intellectui non demon-
strat ita ut cogat intellectum ad assentien-
dum: ideo non credit nisi volens. quibus autem
voluntas sic habeat imperium super actum
credendi: non tamen habet imperium super
oppositum actum stante fide. ut intelle-
ctus dissentiat credibili proposito per im-
perium voluntatis. sed solum potest impe-
dire intellectum ne exeat in actum suum cre-
dendi elicitum circa credibilia proposita.

¶ **A**uxta hoc

posset queri. Utrum ad
hoc quod fides sit in intelle-
ctu necesse sit aliquem ha-
bitum infusum esse in vo-
luntate. et dicunt aliqui quod sic. quia ut di-
cunt: intellectus pro statu isto non mo-
uetur nisi a duobus. scilicet ab obiecto et vo-
luntate que est vniuersalis motor. et cre-
dibile non est ita efficax ut moueat ipsum
intellectum ad assensum. ideo ad hoc quod in-
tellectus assentiat oportet ipsum a volun-
tate moueri. sed a voluntate moueri non
potest ad assentiendum alicui supernatur-
rali: nisi in voluntate sit aliquis habitus
supernaturaliter inclinans ad illud vo-
lendum. sicut ergo requiritur in intellectu
habitus supernaturalis ad assentiendum
ita et in voluntate ut velit ipsum assen-
tire. ¶ Preterea. ad hoc quod actus depen-
dens a duobus agentibus sit perfectus:
necesse est principale agens perfici super-
naturaliter. vel tantum vel plus sicut in-
strumentale. sed voluntas respectu actus
credendi est motor principalis. intellectus
autem instrumentalis. igitur si habitus
supernaturalis requiritur in intellectu
ad hoc quod assentiat: magis requiritur in
voluntate habitus supernaturalis ad hoc
ut moueat et velit ipsum assentire. Sed
contradictionem non video quin intellec-
tus si fieret mere per se et haberet obiec-
tum presens posset intelligere vel crede-
re sibi presentato.

¶ **I**deo dico ad argu-

mentum quod actus credendi est ab obiecto p-
sente sicut ab efficiente actum. non sic autem
est a voluntate. aliter si voluntas esset causa
actus credendi et proponeretur intellectui
astra esse paria: nulla persuasione facta:
posset voluntas imperare intellectui cre-
dere determinate astra esse paria. et hoc
nihil est. sed oportet obiectum habere causam
tatem super actum. nec voluntas mouet
nisi moueat obiectum. tunc dico quod cre-
dibilia ut sunt presentia in se: siue in fide
acquisita vel infusa. hoc vltimo modo non
sufficiunt ad mouendum intellectum ad actum
sed voluntas ut dicis simul mouet. et ve-
rum est pro quanto mouebat ad acquiren-
dum fides acquisita. Sed posita fide ac-
quisita: credibili presentia: potest intellectus
per habitum infusum credere. dummodo vo-
luntas non contra moueat. nec plus requi-
ritur. et esto quod requiratur motio positua
voluntatis etiam sufficit voluntas ad sic
mouendum in puris naturalibus. quia posito
vero supernaturali presentia intellectui posset volun-
tas mouere intellectum ad intelligendum il-
lud dummodo in intellectu esset habitus
inclinans intellectum in illud. sicut est in p-
posito. Et quoniam dicis quod principale agens debet
esse dispositiuum. dico quod sicut in instrum-
to artificiali sufficit acuties ad hoc quod
virtus motiua moueat ipsum ad scienden-
dum. nec requiritur similis dispositio in
principalis mouente vel dispositio illi pro-
portionalata. scilicet in virtute motiua. ita hoc ad
hoc quod voluntas moueat intellectum ad
credendum credibile sufficit dispositio in-
tellectus. et non est necessarium supernaturalis dis-
positionem proportionalem illi poni in volun-
tate. nec ad hoc quod disformiter operetur
per instrumentum requiritur talis dispositio
proportionalis in voluntate quoniam est in ac-
tu credendi perfectiori et minus perfecto: sed
sufficit proportionalis dispositio in intel-
lectu differens secundum quod gradus differentes
in perfectione sunt in actibus.

Ad secunduz

questum potest dici. qd qd
libet habitus intellectua-
lis habet unitatem ex unitate sui primi
obiecti in quo habitus virtualiter con-
tinetur sicut in sua causa partiali. sic Se-
ometria dicitur vnus habitus ex vnita-
te linee. in qua linea omnia alia que de-
ducuntur in scientia illa virtualiter con-
tinentur mediatius vel immediatius sicut
q se habent ad illam. tamen si alia expli-
cita in scientia considerentur sub proprijs
rationibus in se non autem vt continentur i
aliquo vno pmo subiecto: forte tot sunt
habitus quot conclusiones distincte spe-
sunt demonstrare. no potest autem dici
q fides infusa habeat unitatem ex obie-
cto primo scz deo. quia deus no mouet
in ratione obiecti ad cognitionem omnium
credibilium: nec in deo vt in obiecto con-
cipiuntur omnia credibilia. vt ex illo de-
duci possunt. licet contineat omnia vt cau-
sa effectiua omnium ideo oportet dice-
re q habeat unitatem vel ab unitate re-
uelantur credibilia. quia omnia respiciun-
tur a fide vt fuelata a deo. et hec forma-
lis ratio est vna in omnibus sicut op. s. di-
ctam. vt q habeat unitatem in se forma-
liter ex se ipsa. quauis illam effectiue ha-
beat a deo et no habeat unitatem ex ali-
quo vt obiecto. sicut scientie causate ab
obiecto.

Est autem spes.

Circa istam. 26. di. in q magister
agit de spe. querit vnū
Utrum. s. spes sit virtus theologica di-
stincta a fide et charitate. Q. no. qz nul-
la passio est virtus. spes est passio ex p-
o. s. Preterea. nulla virtus theologi-
ca determinat medietatem duarum malitiarum
spes determinat tale medium s. pbatio ma-
ioris. quia vbiusqz est medium duarum ma-
liciarum ibi potest esse defectus et excessus. s.
intendendo in deum p desiderium non

potest esse excessus. sicut p3 in alijs vir-
tutibus theologice. non. n. potest homo
